



**BIBLIOTECA CENTRALA**  
A  
**UNIVERSITAȚII**  
DIN  
**BUCUREȘTI**

No. Curent ..... Format .....

No. Inventar ..... Anul .....

Secția ..... Raftul .....

63295

IULIU VALAORI

PROFESOR UNIVERSITAR

CEZAR PAPACOSTEA

PROFESOR UNIVERSITAR

*In v. A. 44.395*

G. POPA-LISSEANU

MEMBRU CORESP. AL ACADEMIEI ROMÂNE

OVIDIUS  
EXCERPTE

DIN

METAMORFOZE  
TRISTIA ȘI PONTICA

CLASA VI LICEALA

Aprobată de Onor. Minister al Instrucțiunii cu ord. No. 140/1935

Taxa timbrului didactic de 5% pentru acest manual s'a plătit  
direct Casei Corpului didactic conform deciziei No. 3.660/930




EDITURA „CARTEA ROMÂNEASCĂ”, BUCUREȘTI

Biblioteca Centrală Universitară  
BUCUREȘTI  
Cota 67963  
Inventar 61359

1358

B.C.U. Bucuresti



C61359

## P R E F A Ț A

---

*Prin ultima modificare a Programelor analitice s'a dat, în liceele noastre, o mai mare dezvoltare lecturii lui Ovidius, decât fusese mai înainte. Căci în afară de Excerpte din Tristia și din Pontica, prevăzute în vechiul program, s'a introdus și lectura Metamorfozelor.*

*Ovidius, deși nu este un poet de mare geniu, ca Vergilius sau Horatius, este totuși un viguros talent. Acest talent se manifestă nu atât în Tristia și Pontica, opere cari ne servesc ca un izvor principal al istoriei noastre primitive, cât mai mult în Metamorfoze.*

*Fiind socotit oarecum ca un poet al țării noastre — a scris poezii și în limba autohtonilor dela Tomis — am găsit cu cale să dăm, într'un adaus dela sfârșitul acestei cărți, și câteva poezii din alte opere ale acestui scriitor.*

---

## INTRODUCERE

### OVIDIUS

(43 în. de Chr. — 17 d. Chr.)

**Viața sa.** — Publius Ovidius Naso, fiul unui cavaler, adevărat al unui burghez bogat, s'a născut la anul 43 în. de Chr. la Sulmo, în țara Pelignilor, Abruzzi de astăzi. A studiat la Roma și apoi la Athena. Tatăl său îl destina pentru viața publică și de fapt a pledat cu succes în mai multe procese însemnate. A fost triumvir, decemvir și centumvir și rămânea să intre în senat. Ovidius era însă născut poet și de câte ori încerca să scrie proză, din pana sa ieșea poezie :

*Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos  
Et quod tentabam scribere versus erat.*

Renunțând pentru poezie la tot felul de onoruri, Ovidiu ajunge în scurtă vreme poetul răsfățat al societății romane. Inzestrat cu un mare talent poetic, având avere, având o fire plăcută, având legături de prietenie cu August și cu toți poeții de pe acea vreme : Propertiu, Tibul, Horațiu și alții, Ovidiu, alintat de toată lumea, trăia fericit la Roma când, fără de veste, sărbătoritul înaltei societăți se prăbușește deodată. În anul 8 d. Chr. împăratul August, îl trimite în exil la Tomi, lângă Pontul Euxin, la Constanța de astăzi. Și a trebuit să plece așa de repede că de abia a avut timp să-și împacheteze bagajele. Soția sa a voit să-l însoțească ; el însă n'a lă-

sat-o, pentru ca să nu i se confiște averea. După o furtună pe mare, ajunge în sfârșit la Tomi, orașel în care se găsea pe atunci o garnizoană romană.

Aci, în mijlocul barbarilor, și-a trăit Ovidiu restul zilelor și toate intervențiile ce a făcut pe lângă împărat ca să-l ierte sau cel puțin să-i schimbe pedeapsa,



P. Ovidius Naso

au rămas zădarnice. Intre Geți și între Sarmați, cu cari la început nu se putea înțelege decât prin semne, a trăit Ovidiu până la moartea lui August. Succesorul acestuia Tiberiu n'a fost mai iertător de cât predecesorul său.

Resemnându-se, Ovidiu a învățat limba Geților și după propria-i mărtu-

risire a compus versuri în limba getă.

Cauzele acestui neașteptat exil nu se cunosc <sup>1)</sup> și poetul nu ni le spune.

1. Sunt trei ipoteze : 1) Poetul ar fi asistat la unul din scandalurile destrăbălatei Iulia, fiica lui August și că a cântat amorul în versuri prea libere : *carmen et error* ; 2) Poetul ar fi fost amestecat într'un complot împotriva împăratului ; 3) Poetul ar fi luat parte la o ședință de hidromantie pe cari secta pythagoreană din Roma le ținea împotriva ordinelor exprese ale împăratului. Pedeapsa împotriva profanatorilor religiei naționale trebuia să fie neîndurată. Ultima ipoteză susținută de I. Carcopino în *Orpheus* I. 6. pare a fi cea mai plauzibilă.

**Opera sa.** — In afară de *Declamațiuni* și *Epigrame*, afară de tragedia *Medea*, cari s'au pierdut, ne-au rămas dela Ovidiu :

1. *Amores*. Elegii, în trei cărți, în cari el celebrează pe Corinna. Spre deosebire de Catul care cântă pe Lesbia, de Propertiu care cântă pe Cynthia, de Tibul care cântă pe Delia, Corinna lui Ovidiu este un nume fictiv.

2. *Heroides*. Sunt niște scrisori între personajii eroice : Ulysse și Penelopa, Hippolit și Phædra, Hero și Leandru, etc. Ele sunt într'un stil declamator, fără profunzime de sentiment sincer.

3. *Ars amatoria*, lucrare cu un fond cu totul imoral.

4. *Remedia amoris*, o retractare, adecă o palinodie a artei iubirii <sup>1)</sup>.

5. *Medicamina faciei* ; din această scriere nu ni s'a păstrat decât un fragment.

6. *Metamorphoseon*, libri XV, o enciclopedie a legendelor mitologice, este lucrarea principală și cea care a adus glorie neperitoare poetului. La plecarea sa în exil, poetul a ars-o ; fiind însă scrisă în numeroase manuscrise a putut fi păstrată posterității. In ea se urmăresc diferitele metamorfozări în animale, arbori și stânci dela începutul creațiunii până la apoteoza lui Cæsar.

7. *Fasti*, în șase cărți, lucrare neterminată, cuprinde calendarul istoric al legendelor romane. Este un catalog al tradițiunilor și al ceremoniilor religioase de peste an. Fiind o operă națională, în sensul *Eneidei* lui Virgiliu, nu îndeplinește condițiunile unei epepei, fiindcă este lipsită de inspirațiune. Este singura lucrare a lui Ovidiu, în care se vede tendința poetului de a contribui la opera de refacere morală ce a întreprins împăratul August.

8. *Tristia*, în cinci cărți, cuprind elegiile lui Ovidiu

---

1 In această scriere găsim celebrele versuri :

*Principiis obsta ; sero medicina paratur  
Cum mala per longas invaluere moras.*

Y din timpul exilului dela Tomi. Lucrarea, fără să aibă o prea mare valoare literară, este importantă pentru informațiunile ce ne dă asupra locuitorilor și localităților din Dobrogea.

X 9. *Pontica*, au cam același subiect ca și Tristiile și sunt numite astfel după locul exilului. Sunt cereri zadarnice, adresate soției și prietenilor săi, ca să intervină pe lângă August.

10. Tot dela Ovidiu ni s'au păstrat niște fragmente din *Halieutica*, poem asupra pescuitului și din *Ibis*, un pamflet împotriva unui adversar.

Ovidiu, deși nu este poet genial, este totuși unul dintre cei mai mari artiști ai Romanilor și desigur cel mai mare tehnician al versului. Erudițiunea sa mitologică este vastă, deși nu prea profundă.

Are o limbă elegantă, clară și calități de stil deosebite. Ca reprezentant al unei societăți ușurate și superficiale, Ovidiu înlocuește sentimentele și pasiunea cu spiritul și cu versificațiunea sa ingenioasă.

Noi, Românii, considerăm pe Ovidiu ca un poet al nostru național și, ca recunoștință pentru informațiunile ce ne dă asupra țării noastre din antichitate, i-am ridicat la Constanța o statuă de bronz.

---



## METAMORFOZELE

### INVOCAȚIUNEA, CHAOSUL, CREAȚIUNEA

Met. I. 1—69

**Cuprinsul.** — În patru versuri, poetul expune cuprinsul întregii opere. Apoi, orientându-se după doctrina lui Hesiod, Ovidiu ne spune că la început a fost *Chaos*, din care s'au format corpurile; cele ușoare s'au ridicat în sus, cele grele s'au așezat în partea de jos. În urmă zeul, ori care ar fi fost acela, a format globul pământesc, cu mări, cu fluvii, cu câmpii, cu văi și cu munți și în urmă a creiat pe om.

In nova fert animus mutatas dicere formas<sup>1</sup>  
Corpora. Di,<sup>2</sup> cœptis (nam vos mutastis et illas)  
Adspirate<sup>3</sup> meis, primaque ab origine mundi  
Ad mea perpetuum<sup>4</sup> deducite tempora carmen.

Ante mare et terras et, quod tegit omnia, cælum, <sup>5</sup>  
Unus<sup>5</sup> erat toto naturæ vultus in orbe,  
Quem dixere Chaos,<sup>6</sup> rudis indigestaque moles,  
Nec quicquam nisi pondus iners,<sup>7</sup> congestaque eodem  
Non bene iunctarum discordia<sup>8</sup> semina rerum.  
Nullus adhuc mundo pendeat lumina Titan,<sup>9</sup> <sup>10</sup>  
Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe,<sup>10</sup>  
Nec circumfuso pendeat in ære tellus.  
Ponderibus librata<sup>11</sup> suis, nec bracchia longo  
Margine terrarum porrexerat Amphitrite :<sup>12</sup>

1. *Formas mutatas*, în loc de *corpora mutata in novas formas*.

2. *Di*, Poetul invoacă pe zei, în loc să invoace pe Muze.

3. *Aspirate*. Metaforă luată din viața corăbierilor. Vânturile suflă în pânzele întinse.

4. *Perpetuum carmen*, un cântec neîntrerupt, un cântec unitar.

5. *Unus*, în opoziție cu cele trei elemente : mare, pământ și cer.

6. *Chaos* n. decl. III grec. Amestecul tuturor elementelor, chaosul, abisul.

7. *Iners*, dela *in*, *ars*.

8. *Discordia*, adjectiv dela *discors*. Se rapoartă la *semina*.

9. *Titan*, fiul lui Hyperion, unul dintre Titani, Soarele.

10. *Phœbe*, Luna, sora lui Phoebus, soarele.

11. *Ponderibus librata suis*, echilibrată prin greutatea sa.

12. *Amphitrite*, soția lui Nereu sau a lui Neptunus. Versul e spondaic.

Quaque fuit tellus, illic et pontus et aer. 15  
Sic erat instabilis tellus, innabilis unda,  
Lucis egens aer. Nulli sua forma manebat,  
Obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno  
Frigida<sup>1</sup> pugnabant calidis, humentia siccis,  
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. 20  
Hanc deus<sup>2</sup> et melior litem natura diremit,



Soarele

Nam c'elo terras et terris abscidit undas,  
Et liquidum spisso secrevit ab aere<sup>3</sup> cœlum.  
Quae postquam evolvit, cæcoque exemit acervo,  
Dissociata locis concordi pace ligavit. 25

1. *Frigida pugnabant.* Pasagiul cuprinde puțin adevăr filosofic și mult retorism.

2. *Deus et melior natura,* o divinitate și natura cu puteri divine.

3. *Spisso aere,* aerul vecin cu pământul, des din cauza vaporilor.

Ignea convexi vis et sine pondere cœli  
Emicuit, summaque locum sibi fecit in arce.  
Proximus est aer illi levitate locoque ;  
Densior his tellus, elementaque grandia traxit ;  
Et pressa est gravitate sui ; circumfluis humor  
Ultima possidet, solidumque coercuit orbem. 80

Hic ubi dispositam, quisquis fuit ille deorum,  
Congeriem secuit sectamque in membra redegit,  
Principio terram, ne non æqualis<sup>1</sup> ab omni  
Parte foret, magni speciem glomeravit<sup>2</sup> in orbis. 85  
Tunc freta<sup>3</sup> diffudit, rapidisque tumescere ventis  
Iussit, et ambitæ circumdare<sup>4</sup> littora terræ.  
Addidit et fontes et stagna immensa lacusque,  
Fluminaque obliquis cinxit declivia ripis,  
Quæ, diversa locis, partim sorbentur<sup>5</sup> ab ipsa, 40  
In mare perveniunt partim, campoque<sup>6</sup> recepta  
Liberioris aquæ, pro ripis littora pulsant.  
Iussit et extendi campos, subsidere valles,  
Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.

Vix ea limitibus dissaepserat<sup>7</sup> omnia certis, 45  
Cum, quæ pressa<sup>8</sup> diu massa latuere sub illa,  
Sidera coeperunt toto effervescere caelo.  
Neu regio foret ulla suis animantibus<sup>9</sup> orba,  
Astra tenent<sup>10</sup> caeleste solum<sup>11</sup> formæque deorum,<sup>12</sup>

- 
1. *Ne non æqualis*, litotă, în loc de *æqualis*.
  2. *Speciem glomeravit in orbis*—glomeravit, l-a rotunzit, în speciem orbis.
  3. *Freta*, marea.
  4. *Circumdare*, cu dativul.
  5. *Sorbentur*, astfel este Alpheu din Pelopones, Anas din Spania.
  6. *Campo*, în loc de *æquor* sau *mare*.
  7. *Dissaepserat*, sub. înţ. Deus.
  8. *Pressa*, se raportă la *sidera* din versul următor.
  9. *Suis animantibus*, stielele erau considerate de cei vechi ca fiinţe însufleţite şi chiar ca zei, după cum, de altfel, erau şi soarele şi luna.
  10. *Tenent*, în loc de *iussit tenere*.
  11. *Caeleste solum*, bolta cerească.
  12. *Formae deorum*, perifrază pentru *Dii*.

Cesserunt<sup>1</sup> nitidis<sup>2</sup> habitandae piscibus undae, 50  
Terra feras cepit,<sup>3</sup> volucres agitabilis aer.  
Sanctius<sup>4</sup> his animal, mentisque capacius altae,  
Deerat<sup>5</sup> adhuc .et quod dominari in cetera posset.  
Natus homo est : sive hunc divino semine fecit  
Ille opifex rerum, mundi melioris origo,<sup>6</sup> 55  
Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto  
Aetere, cognati retinebat semina caeli.<sup>7</sup>  
Quam<sup>8</sup> satus Iapeto,<sup>9</sup> mixtam fluvialibus undis,  
Finxit in effigiem moderantum<sup>10</sup> cuncta deorum ;  
Pronaque cum spectent<sup>11</sup> animalia cetera terram, 60  
Os homini sublime dedit, caelumque tueri  
Iussit et erectos ad sidera tollere vultus.  
Sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine<sup>12</sup> tellus  
Induit ignotas<sup>13</sup> hominum conversa figuras.

## CELE PATRU VĂRSTE

I. 89—163

**Cuprinsul.** — După o veche tradiție romană, care coincide cu tradiția biblică, la începutul lumii, după creațiunea omului, ar fi existat pe pământ o fericire desăvârșită, un fel de raiu pământesc. Acest timp ar fi epoca domniei lui Saturn, epoca de aur a omenirii ; după care, mo-

1. *Cesserunt*, fură sortite să fie locuite.
2. *Nitidis*, lucioși, adică cu solzii lucioși.
3. *Cepit*, în loc de *excepit*.
4. *Sanctius*, în loc de *nobilius*.
5. *Deerat*, sinizeză, Vezi *Versificatiia latină* § 37.
6. *Origo*, adică *auctor*.
7. *Cognati coeli*, sens etimologic, născut împreună, înrudit.
8. *Quam*, sub înțeles *tellurem*.
9. *Satus Iapeto*, fiul lui Iapet, Promeheu, creatorul omului. Vezi *Mitologia greco-romană în lectură ilustrată*, I, p. 213.
10. *Moderantum*, în loc de *moderantium*.
11. *Pronaque cum spectent*, observă frumusețea acestor versuri și insistența ce pune poetul spre a arăta deosebirea dintre om și animal.
12. *Sine imagine*, fără formă, fără o anumită înfățișare.
13. *Ignotas*, necunoscute, adică noi.

ravurile înrăutățindu-se, a urmat epoca de argint, mai rea decât cea dinaintea ei, apoi epoca de aramă și în sfârșit cea de fier. Din cauza ticăloșiei omenești, Jupiter a pedepsit pe om cu potopul din care n'a scăpat decât câte o singură pereche din toate viețuitoarele de pe pământ. După potop omenirea s'a regenerat.

Aurea prima sata est aetas, quae, vindice nullo<sup>1</sup>  
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat.  
Poena metusque<sup>2</sup> aberant, nec verba minacia<sup>3</sup> fixo  
Aere<sup>4</sup> legebantur, nec supplex turba<sup>5</sup> timebat  
Iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.  
Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem<sup>15</sup>  
Montibus,<sup>6</sup> in liquidas pinus descenderat undas;  
Nullaque mortales, praeter sua, littora norant.<sup>7</sup>  
Nondum praecipites cingebant oppida fossae:  
Non galeae, non ensis erant: sine militis<sup>8</sup> usu  
Mollia securae peragebant otia gentes.<sup>10</sup>  
Ipsa quoque immunis,<sup>9</sup> rastroque intacta, nec ullis  
Saucia<sup>10</sup> vomeribus, per se<sup>11</sup> dabat omnia tellus;  
Contentique cibus, nullo cogente, creatis,

---

1. *Vindice nullo*, fără să existe cineva care să pedepsească pe vinovați.

2. *Poena metusque*, pedeapsa și teama de pedeapsă.

3. *Verba minacia*, vorbele amenințatoare, adică textul din legi cari determinau pedepsele pentru fiecare crimă.

4. *Fixo aere*, la Romani legile erau gravate în table de aramă și erau atârinate pe zidurile templelor, în special în Capitol.

5. *Supplex turba*, acuzații erau îmbrăcați în haine rele spre a stârni mila judecătorilor și erau însoțiți de prieteni.

6. *Suis montibus*, de pe munți, patria lor, unde crescuseră. În proză s'ar fi spus *de suis montibus*. Observă imaginea vie ce ne-o dă verbul *descenderat*.

7. *Norant*, în loc de *noverant*.

8. *Militis*, în loc de *exercitus*.

9. *Immunis*, nesilită, scutită de tribut; *immunis* format din *in* și *munus*.

10. *Saucia*, rănită. *Tellus* este aci personificată. Observă expresiunile metaforice din aceste versuri.

11. *Per se*, dela sine.

Arbuteos fetus, montanaque fraga<sup>1</sup> legebant,  
 Cornaque, et in duris haerentia mora rubetis, 15  
 Et quae deciderant patula<sup>2</sup> Iovis arbore<sup>3</sup>, glandes.  
 Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris  
 Mulcebant zephyri natos sine semine<sup>4</sup> flores.  
 Mox<sup>5</sup> etiam fruges tellus inarata ferebat,  
 Nec renovatus ager<sup>6</sup> gravidis canebat aristis; 30  
 Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,  
 Flavaque de viridi stillabant ilice mella<sup>7</sup>.

Postquam, Saturno<sup>8</sup> tenebrosa in Tartara misso,  
 Sub Iove mundus erat, subiit<sup>9</sup> argentea proles, 25  
 Auro deterior, fulvo pretiosior aere.  
 Iuppiter antiqui contraxit<sup>10</sup> tempora veris,  
 Perque hiemes, aestusque,<sup>11</sup> et inaequales autumnos,<sup>12</sup>  
 Et breve ver, spatiis<sup>13</sup> exegit<sup>14</sup> quatuor annum.

1. *Montanaque fraga*. Observă efectul produs de apropierea lui *arbuteos* pe lângă *fetus* și *montana* pe lângă *fraga*. Vezi Versificația latină p. 27.

2. *Patula*, dela *pateo*, cu ramuri întinse, umbros.

3. *Jovis arbore*, *quercus*; stejarul era consacrat lui Jupiter. Cei vechi aveau credința că odinioară omul se hrănise cu ghindă.

4. *Sine semine*, nesămănite.

5. *Mox*, în urmă, în timpul verii.

6. *Nec renovatus ager*, câmpul neogorît, fără să fi avut necesitate de a se odihni.

7. *Flava mella*. Imaginea o întâlnim și în Virg. Geor. IV, 30.

8. *Saturno*. Saturnus, identificat cu Chronos al Grecilor, tatăl lui Juppiter, era o veche zeitate a Latiului. El era zeul sămănăturilor și al secerișului (*Saturnus*, de la *sata*, orum, verb. sero). Vezi *Mitol. Greco romîn lect. ilustr.* I. p. 17.

9. *Subiit*, a urmat; *it* are aci valoarea unei silabe lungi, fiind în arsis.

10. *Contraxit*, reduse, prescurtă primavara cea eternă,

11. *Aestus*, zăduful verii, în loc *aestas*.

12. *Inaequales autumnos*, toamna cea cu vreme schimbăcioasă. Observă întrebuintarea pluralului pentru vară, toamnă și iarnă și singularul pentru *breve ver* primăvară. Versul este spondaic spre a se atrage atenția asupra cuvântului de *inaequales*.

13. *Spatiis*, anotimpuri.

14. *Exegit*, a încheiat.

Tum primum siccis aer fervoribus ustus 30  
Canduit,<sup>1</sup> et ventis glacies adstricta pependit.  
Tum primum subiere<sup>2</sup> domos; domus antra fuerunt,  
Et densi frutices, et vinctae cortice virgae.  
Semina tum primum longis Cerealia sulcis<sup>3</sup>  
Obruta sunt, pressique iugo gemuere iuveni.  
Tertia post illas successit aenea proles,<sup>4</sup> 35  
Saevior ingeniis et ad horrida promptior arma,  
Non scelerata tamen. De duro est ultima ferro.<sup>5</sup>  
Protinus irrupit venae peioris in aevum<sup>6</sup>  
Omne nefas: fugere pudor verumque fidesque;  
In quorum subiere locum fraudesque dolique 40  
Insidiaeque<sup>7</sup> et vis et amor sceleratus habendi.  
Vela dabat ventis, nec adhuc bene noverat illos  
Navita; quaeque diu steterant in montibus altis,  
Fluctibus ignotis insultavere<sup>8</sup> carinae<sup>9</sup>;  
Communemque prius, ceu<sup>10</sup> lumina solis et auras, 45  
Cautus humum longo signavit limite mensor.<sup>11</sup>  
Nec tantum segetes alimentaue debita dives  
Poscebatur<sup>12</sup> humus, sed itum est<sup>13</sup> in viscera terrae;

---

1. *Canduit*, s'a încins arzând din cauza arșiții de o strălucire albicioasă

2. *Subiere*, sub înțeles *homines*. Verbul *subeo* se construiește cu *Ac*

3. *Longis sulcis*. Observă efectul produs se atributul *longis*.

4. *Aenea proles*, vârsta de aramă.

5. *De duro ferro*, în loc de *ferrea*. Poetul insistă asupra cuvântului *ferrum*.

6. *Venae peioris in aevum*, în această epocă de un metal mai inferior decât cel de mai înainte.

7. *Fraudesque dolique insidiaeque*. Observă efectul produs de repetarea conjuncției.

8. *Insultavere*, infruntară, dela *salio*. Observă ideea plastică ce ne dă verbul frecventativ de insultare.

9. *Carinae*, sinecdocă, *pars pro toto*, corabie.

10. *Ceu*, adv. cași, este poetic.

11. *Cautus... mensor*, inginerul hotarnic neîncrăzător, precaut.

12. *Poscebatur*, verbul *posco* și-a păstrat unul dintre cele două complemente și la forma sa pasivă.

13. *Itum est*, observă pasivul verbului intransitiv *ire*.

Quasque recondiderat<sup>1</sup> Stygiis<sup>2</sup>que admoverat umbris,  
 Effodiuntur opes, irritamenta malorum<sup>3</sup>. 50  
 Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum<sup>4</sup>  
 Prodierat; prodit bellum, quod pugnat utroque<sup>5</sup>  
 Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.<sup>6</sup>  
 Vivitur ex raptō; non hospes ab hospite tutus,  
 Non socer a genero; fratrum quoque gratia<sup>7</sup> rara est 55  
 Imminet<sup>8</sup> exitio vir coniugis, illa mariti;  
 Lurida terribiles miscent aconita<sup>9</sup> novercae; <sup>10</sup>  
 Filius ante diem patrios inquirit in annos. <sup>11</sup>  
 Victa iacet pietas, et virgo caede madentes,  
 Ultima caelestum, <sup>12</sup> terras Astraea <sup>13</sup> reliquit. 60

## MOARTEA LUI PHAËTON

Met. II. v. 304 — 329

**Cuprinsul.** — Phaëthon, fiul lui Phoebus și al nimfei Clymene, a cerut dela tatăl său să-i dea voie ca să conducă și el odată caii soarelui, servindu-i aceasta ca dovadă că el îi este în adevăr fiu. Phoebus, care îi făgăduise că-i va da ori ce ar cere, deși prevedea primejdia și deși a sfătuit mult timp pe fiul său să renunțe la conducerea ca-

1. *Recondiderat*, subînțeleș terra.

2. *Stygiis*, dela Styx, fluviu în Infern.

3. *Irritamenta malorum*, imbold pentru nenorocire. *Malorum* este un gen. obiectiv.

4. *Nocens ferrum ferroque nocentius*. Chiasm, adecă așezare în cruciată de termeni.

5. *Pugnat utroque*, luptă cu ambele metale, și cu aurul și cu fierul.

6. *Crepitantiā concutit arma*. Observă alterațiunea și efectul onomatopeic din acest vers.

7. *Gratia*, unirea.

8. *Imminet*, pândește, dorește moartea.

9. *Lurida... aconita*, otrăvuri cari fac palid.

10. *Novercae*, mame vitrige, mame maștere.

11. *Ante diem patrios inquirit in annos*, se interesează de anii ce mai are de trăit tatăl său spre a-l moșteni mai curând. *Patrios* în loc de *patriis*.

12. *Caelestum*, în loc de *coelestium*.

13. *Virgo Astraea*. Fecioara Astraea este personificarea dreptății.



rului, totuși în cele din urmă a cedat. Tânărul însă neputând stăpâni caii, aceștia o luară razna, când apropiindu-se de cer când de pământ, pe care îl ardeau cu dogoreala soarelui. În cele din urmă, Jupiter s'a văzut silit să-l lovescă cu fulgerul său și astfel Phaëthon cade din car și moare. Caii în urmă se întorc pe drumul știut la stațiunea lor.

## PALATUL SOARELUI. PHAETON

II 1—152

Regia<sup>1</sup> Solis erat sublimibus alta columnis,  
Clara micante auro, flammasque imitante pyropo;<sup>2</sup>  
Cuius<sup>3</sup> ebur nitidum fastigia summa tegebat;  
Argenti bifores radiabant lumine valvae<sup>4</sup>.  
Materiam superabat opus<sup>5</sup>, nam Mulciber<sup>6</sup> illic<sup>5</sup>  
Aequora caelarat<sup>7</sup> medias cingentia terras,  
Terrarumque orbem,<sup>8</sup> caelumque quod imminet orbi,  
Caeruleos habet unda deos, Tritona<sup>9</sup> canorum  
Proteaque<sup>10</sup> ambiguum, balaenarumque prementem

1. *Regia*, palat, casă regală.

2. *Pyropo*, cuvânt format din verbele grecești πυρ, foc și ὄψ, privire. Pyropul era un aliaj din trei părți aramă și o parte aur; bronz aurit. *Flammas* este complement al lui *imitante*.

3. *Cuius*, se raportă la *regia*.

4. *Bifores valvae*, porți cu două canaturi.

5. *Materiam superabat opus*. Valoarea artistică a lucrării zeului Vulcanus (Mulciber) era mai mare decât argintul, din care erau făcute porțile.

6. *Mulciber*, de la *mulceo*, a înmuia, a topi, este Vulcanus, zeul focului.

7. *Caelarat*, formă sincopată în loc *caelaverat*.

8. *Orbem*, subînțeles *terrarum et aquarum*.

9. *Tritona*, Triton era cântărețul lui Neptun. El cânta din scoica sa așa fel că răsunau valurile. Tritona este o formă de acuzativ grecească.

10. *Protea*. Proteus era un zeu marin care păștea focle lui Nereus. Era prezicător și avea darul să se transforme în diferite chipuri; de aceea se numește *ambiguum*. El simboliza priveriștea schimbătoare a mării. Vezi Virg, *Georg.* IV. p.. Protea este de asemenea formă grecească de ac.

Aegaeona<sup>1</sup> suis immania terga lacertis, 10  
Doridaque<sup>2</sup> et natas, quarum pars nare videntur,  
Pars in mole<sup>3</sup> sedens virides<sup>4</sup> siccare capillos,  
Pisce vehi quaedam : facies non omnibus una,  
Nec diversa tamen, qualem decet esse sororum.<sup>5</sup>  
Terra<sup>6</sup> viros urbesque gerit, silvasque ferasque, 15  
Fluminaque, et Nymphas, et cetera numina ruris.  
Haec super<sup>7</sup> imposita est caeli fulgentis imago ;  
Signaque<sup>8</sup> sex foribus dextris, totidemque sinistris.  
Quo simul acclivo<sup>9</sup> Clymeneia limite proles<sup>10</sup>  
Venit, et intravit dubitati<sup>11</sup> tecta parentis, 20  
Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus,<sup>12</sup>  
Constititque procul ; neque enim propiora ferebat<sup>13</sup>  
Lumina. Purpurea velatus veste sedebat  
In solio Phoebus, claris lucente smaragdīs. 14

1. *Aegeona*, Aegeon, o altă divinitate marină, având o sută de brațe. Fiu al mării și al pământului el călărea pe balene.

2. *Dorida*, Doris era o nimfă, fiică a Oceanului și soția lui Nereus. Cu aceasta a dat naștere nimfelor Nereide.

3. *In mole*, pe o stâncă ; *pisce*, delfin.

4. *Virides*, verzi, albastre, de culoarea mării.

5. *Qualem decet esse sororum*, observă dragălășenia versului.

6. *Terra*, pământul pe care îl sculptase Mulciber în poarta de argint.

7. *Haec super*, inversiune, în loc de *super haec*.

8. *Signa*, adică zodiacul, fiecare emisferă având câte șase constelații.

9. *Acclivo*, urcând, pe drumul care suie. Locașul soarelui trebuia să fie într'un loc mai înalt.

10. *Clymeneia proles*, este Phaethon, fiul soarelui și al nimfei Clymene.

11. *Dubitati*, pus la îndoială. Intr'o discuție ce o avusese cu Epaphus, fiul lui Jupiter și al nimfei Io, îi se spusese că el nu este fiul Soarelui și ca să se convingă de adevăr, la îndemnul mamei sale, a venit în persoană la Phoebus-Apollo, adică la Soare.

12. *Patrios vultus*, poetic, în loc de *vultus patris*.

13. *Ferebat*, ferre poterat, din cauza strălucirii prea mari a Soarelui.

14. *Lucente smaragdīs*. *E* înainte de *sm* este scurt, deși este urmat de două consonante. Fiind o vorbă grecească smaragdus, poetul își permite licența, numită sigmatism, de a întrebuința o silabă scurtă în loc de una lungă.

A dextra laevaue Dies et Mensis<sup>1</sup> et Annus 25  
 Saeculaue et positae spatiis aequalibus Horae; <sup>2</sup>  
 Verque novum<sup>3</sup> stabat, cinctum florente corona,  
 Stabat nuda Aestas et spicea sarta gerebat,  
 Stabat et Autumnus, calcatis sordidus uvis,  
 Et glacialis Hiems, canos hirsuta capillos. <sup>4</sup> 30

Inde loco medius,<sup>5</sup> rerum novitate paventem  
 Sol oculis iuvenem, quibus adspicit omnia, vidit,  
 „Quaeque viae tibi causa? quid hac, ait, arce<sup>6</sup> petisti,  
 Progenies, Phacthon, haud infitianda<sup>7</sup> parenti?”  
 Ille refert: „O lux immensi publica mundi, 35  
 Phoebae pater, si das huius mihi nominis usum,  
 Pignora da, genitor, per quae tua vera propago  
 Credar, et nunc animis<sup>8</sup> errorem<sup>9</sup> detrahe nostris”.  
 Dixerat: at genitor circum caput omne micantes  
 Deposuit radios,<sup>10</sup> propiusque accedere iussit; 40  
 Amplexuque dato: „Nec tu meus esse negaris;  
 Quoque minus dubites, quodvis pete munus et illud,  
 Me tribuente, feres: promissis testis adesto  
 Dis iuranda palus,<sup>11</sup> oculis incognita nostris”. 45  
 Vix bene desierat,<sup>12</sup> currus petit ille paternos  
 Inque diem alipedum<sup>13</sup> ius et moderamen equorum.

1. *Dies, mensis*. Zilele, lunile, anii și secolele, fiind personificate, le așează poetul ca tovarăși ai Soarelui.

2. *Horae*. Orele după Homer sunt slujitoarele Soarelui.

3. *Verque novum*. Primăvara se numește nouă, fiindcă începe cu ea anul.

4. *Hirsuta capillos*. *Capillos* este Ac. graecus sau de relațiune.

5. *Loco medius*, găsindu-se în mijlocul locului.

6. *Hac arce*, poetic, în loc de *in hac arce*.

7. *Haud infitianda* = *non neganda*.

8. *Animis*, plural, poetic.

9. *Errorem*, nesiguranță, îndoială.

10. *Radios*, razele împiedeau pe Phaethon să se apropie de tatăl său.

11. *Palus*, Styx.

12. *Vix bene desierat*, nu sfârșise bine.

13. *Alipes* = *volucris*, cu aripi la picioare.

Paenituit<sup>1</sup> iurasse patrem; qui terque quaterque  
Concutiens<sup>2</sup> illustre caput. „Temeraria dixit,  
Vox mea facta tua est.<sup>3</sup> utinam promissa liceret, 50  
Non dare! confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.  
Dissuadere licet. Non est tua tuta<sup>4</sup> voluntas;  
Magna petis, Phaethon, et quae nec viribus istis<sup>5</sup>  
Munera conveniant, nec tam puerilibus annis.  
Sors tua mortalis; non est mortale quod optas. 55  
Plus etiam, quam quod Superis contingere fas sit,  
Nescius affectas. Placeat sibi quisque licebit; <sup>6</sup>  
Non tamen ignifero quisquam consistere in axe<sup>7</sup>  
Me valet excepto; vasti quoque rector Olympi,<sup>8</sup>  
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra, 60  
Non agat<sup>9</sup> hos currus: et quid Iove maius habemus?  
Ardua prima via est, et qua <sup>10</sup> vix mane recentes <sup>11</sup>  
Enitantur equi; medio est altissima caelo,  
Unde mare et terras ipsi mihi saepe videre  
Fit timor, et pavida trepidat formidine pectus; 65  
Ultima prona via est, et eget moderamine <sup>12</sup> certo.

1. *Poenituit*, Verbul unipersonal *poenitet* are subiectul logic în cazul acuzativ.

2. *Concutiens illustre caput*, dădu din cap, clătină din cap.

3. *Vox mea facta tua est*. Observă opoziția dintre mea și tua. Din cererea necugetată a lui Phaethon se învederează promisiunea necugetată a Soarelui.

4. *Non tuta*, litotă, este plină de primejdii.

5. *Istis* = *tuis*.

6. *Placeat sibi quisque licebit*. Fiecare dintre zei poate să aibă orice părere despre sine.

7. *Axe*, sineedocă, pars pro toto, aci osia în loc de car; *consistere*, să se ție în picioare. Vizitii mânau caii de a în picioarele.

8. *Rector Olympi*, Jupiter. Muntele Olymp din Thessalia se ia în loc de cer.

9. *Non agat*. Conjunctivul potential. Vezi *Gram. limb. lat.* § 224.

10. *Qua*, în loc de *ut ea*. De aceea avem conjunctivul *enitantur*.

11. *Recentes*, odihniți, cu puteri proaspete după repauzul din timpul nopții. Poetul presupune că Soarele se odihnește noaptea.

12. *Moderamine*, metonimie, abstract pentru concret, în loc de *moderatore*.

Finge datos currus : quid ages ? poterisne<sup>1</sup> rotatis  
Obvius ire polis, ne te citus auferat axis ?...

At tu funesti ne sim tibi muneris auctor,  
Nate, cave : dum resque sinit,<sup>2</sup> tua corrige vota. 70

Scilicet ut nostro genitum te sanguine credas

Pignora certa petis ? Do pignora certa timendo,

Et patrio pater<sup>3</sup> esse metu probor. Adspice vultus

Ecce meos :<sup>4</sup> utinamque oculos in pectora posses

Inserere, et patrias intus deprendere curas ! 75

Denique quidquid habet dives, circumspice, mundus,

Eque<sup>5</sup> tot ac tantis caeli terraeque marisque

Posce bonis aliquid : nullam patiēre repulsam.

Deprecor hoc unum, quod vero nomine poena,

Non honor est : poenam, Phaethon, pro munere poscis. 80

Quid mea colla tenes<sup>6</sup> blandis, ignare, lacertis ?

Ne dubita, dabitur (Stygias iuravimus undas)

Quodcumque optaris ; sed tu sapientius opta''.

Finierat monitus : dictis tamen ille repugnat,

Propositumque tenet, flagratque cupidine currus. 85

Ergo, qua licuit,<sup>7</sup> genitor cunctatus, ad altos

Deducit iuvenem, Vulcania<sup>8</sup> munera, currus.

Aureus axis erat, temo<sup>9</sup> aureus, aurea summae

Curvatura rotae, radiorum argenteus ordo.

Per iuga<sup>10</sup> chrysolithi<sup>11</sup> pasitaeque ex ordine<sup>12</sup> gemmae 90

1. *Poterisne rotatis obvius ire polis*, vei putea să lupti împotriva rotațiunii cerului. *Poli* sunt capetele axei care învârtește bolta cerească.

2. *Dum resque sinit*, în loc de *dumque res sinit*.

3. *Patrio pater*, aliterațiune.

4. *Vultus meos*. Pluralul în loc de singular. Fața radioasă mai înainte a Soarelui a devenit palidă de teamă.

5. *Eque, et e*.

6. *Quid mea colla tenes*. Observă frumusețea versului.

7. *Qua licuit* pentru *quantum licuit*, pe cât a putut.

8. *Vulcania* în loc de Vulcani, lucrat de Vulcan.

9. *Temo*, oiștea, *curvatura rotae*, obezile, *radiorum ordo*, spițele.

10. *Iuga*, în loc de *iugum*, gura de ham, nu caii, cari nu fusăseră încă aduși.

11. *Chrysolithi*, vorbă grecească, topaz.

12. *Ex ordine*, în șir.

Clara repercusso reddebant lumina Phoebo.

Dumque ea magnanimus<sup>1</sup> Phaethon miratur, opusque  
Perspicit,<sup>2</sup> ecce vigil nitido patefecit ab ortu  
Purpureas Aurora fores<sup>3</sup> et plena rosarum  
Atria. Diffugiunt stellae, quarum agmina cogit<sup>4</sup> 95  
Lucifer,<sup>5</sup> et caeli statione novissimus exit.<sup>6</sup>  
Quem petere ut terras mundumque<sup>7</sup> rubescere vidit,  
Cornuaque extremas velut evanescere lunae,  
Iungere equos Titan<sup>8</sup> velocibus imperat Horis.<sup>9</sup>  
Iussa deae celeres<sup>10</sup> peragunt, ignemque vomentes 100  
Ambrosiae<sup>11</sup> succo saturos praesepibus altis<sup>12</sup>  
Quadrupedes ducunt adduntque sonantia frena.  
Tum pater ora sui sacro medicamine<sup>13</sup> nati  
Contigit et rapidae<sup>14</sup> fecit patientia flammae,  
Imposuitque comae radios;<sup>15</sup> praesagaque luctus 105  
Pectore sollicito repetens suspiria dixit :  
„Si potes his saltem monitis parere paternis<sup>16</sup>

1. *Magnanimus*, îndrăsneţ, nesăbuit.

2. *Perspicit*, observă cu deamănuntul. Prepoziţiunea *per* arată că lucrarea este dusă până la capăt : *per-lego*, *per-venio*, *per-turbo* etc.

3. *Purpureos Aurora fores*. Observă frumuseţea descrierii asemănătoare cu cea a lui Homer.

4. *Agmina cogit*, expresiune metaforică împrumutată din tehnica militară.

5. *Lucifer*, Luceafărul de dimineaţă, Venus.

6. *Statione novissimus exit*, ne aminteşte pe *novissimum agmen*. *Statione* e termen tehnic militar.

7. *Mundum*, aci este *coelum*.

8. *Titan*, Soarele, fiul Titanului Hyperion.

9. *Horis, Horae*, slujitoarele Soarelui, vezi mai sus versul 26

10. *Celeres*, în loc de *celeriter*.

11. *Ambrosiae*, ambrosia este mâncarea zeilor, după cum *nectarul* este băutura lor, deşi uneori acestea se confundă între ele. Plinius descrie ambrosia ca o iarbă plăcută.

12. *Praesepibus altis*, subînţeles *ex*.

13. *Medicamine sacro*, suc divin.

14. *Rapidae*, mistuitoare.

15. *Radios*, razele din coroana pe care de obicei o poartă soarele.

16. *Parere paternis*, aliteraţiune.

Parce, puer,<sup>1</sup> stimulis, et fortius utere loris.  
Sponte sua properant :<sup>2</sup> labor<sup>3</sup> est inhibere volantes...  
Utque ferant aequos et caelum et terra calores,<sup>4</sup> 110  
Nec preme, nec summum molire per aethera cursum.  
Altius egressus,<sup>5</sup> caelestia tecta cremabis,  
Inferius, terras : medio tutissimus ibis<sup>6</sup>.  
Neu te dexterioꝛ tortum declinet ad Anguem<sup>7</sup>  
Neve sinisterioꝛ pressam rota ducat ad Aram.<sup>8</sup> 115  
Inter utrumque tene ; Fortunaꝛ cetera mando,  
Quae iuuet et melius, quam tu tibi, consulat opto.  
Dum loquor, Hesperio positas in littore<sup>9</sup> metas  
Humida nox tetigit ; non est mora libera nobis.  
Poscimur : effulget tenebris Aurora fugatis. 120  
Corripe lora manu ; vel, si mutabile pectus  
Est tibi, consiliis, non curribus utere nostris.  
Dum potes, et solidis etiam nunc sedibus adstas,  
Dumque male optatos nondum premis inscius axes.  
Quae<sup>10</sup> tutus spectes, sine me dare lumina terris." 125  
Occupat ille levem iuvenali corpore currum,  
Statque super, manibusque datas contingere habenas  
Gaudet, et invito grates agit inde<sup>11</sup> parenti.

- 
1. *Parce, puer*, aliteratiune.
  2. *Properant*, subințeles *equi*.
  3. *Labor*, dificultatea, munca.
  4. *Aequos calores*, aceeași căldură.
  5. *Egressus*, ieșind din drumul drept.
  6. *Medius tutissimus ibis*, frază rămasă proverbială. Calea mijlocie este cea mai bună.
  7. *Tortum in Anguem*, Balaurul încolăcit,
  8. *Aram pressam*, subt orizont.
  9. *Hesperio litore*, țărmlu apusului.
  10. *Quae*, în loc de *ut* final.
  11. *Inde*, de acolo, de pe car.

## PLECAREA LUI PHAETHON

II, 153—208

Interea volucres, Pyrois<sup>1</sup> et Eous<sup>2</sup> et Aethon<sup>3</sup>,  
 Solis equi, quartusque Phlegon,<sup>4</sup> hinnitibus auras  
 Flammiferis implent, pedibusque repagula<sup>5</sup> pulsant.  
 Quae postquam Tethys,<sup>6</sup> fatorum ignara nepotis,  
 Reppulit,<sup>7</sup> et facta est immensi copia mundi<sup>8</sup>,  
 Corripuere viam, pedibusque per aera motis  
 Obstantes scindunt nebulas, pennisque levati  
 Praetereunt ortos isdem de partibus Euros.<sup>9</sup>  
 Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent<sup>10</sup>  
 Solis equi, solitaque iugum gravitate carebat.  
 Utque labant<sup>11</sup> curvae iusto sine pondere naves,  
 Perque mare instabiles nimia levitate feruntur,  
 Sic onere assueto vacuus dat in aera saltus,  
 Succutitur alte, similisque est currus inani.<sup>12</sup>  
 Quod simul ac sensere, ruut tritumque relinquunt<sup>15</sup>  
 Quadriiugi<sup>13</sup> spatium, nec quo prius ordine ruunt.  
 Ipse<sup>14</sup> pavet: nec qua commissas flectat habenas,  
 Nec scit qua sit iter, nec, si sciat, imperet illis.

- 
1. *Pyrois*, își are etimologia dela cuvântul grecesc foc.
  2. *Eous*, de la un cuvânt grecesc Aurora.
  3. *Aethon*, adecă arzând.
  4. *Phlegon*, arzând. Caii Soarelui sunt cai de foc.
  5. *Repagula*, zebrele din cari ieșau cai de la curse.
  6. *Tethys*, Clymene era fiica zeiței Tethys, deci Phaethon era nepotul acesteia.
  7. *Reppulit*, a deschis porțile.
  8. *Facta est immensi copia mundi*, calea nemărginită a cerului li s'a deschis.
  9. *Ortos isdem de partibus Euros*, Eurul este vântul de răsărit. *Cognoscere*, carul era așa de ușor că nu părea a sta cineva în el.
  10. *Nec quod cognoscere possent* = *nec ul*, de aceea avem conjunctivul.
  11. *Ut labant*, după cum se clatină, după cum merge în nesiguranță.
  12. *Similis est currus inani* subînțeles *curru*.
  13. *Quadriiugi*, cei patru cai.
  14. *Ipse* = Phaethon.



Tum primum radiis gelidi caluere Triones,<sup>1</sup>  
Et vetito frustra tentarunt aequore tingi. 20  
Quaeque polo posita est glaciali proxima Serpens,<sup>2</sup>  
Frigore pigra<sup>3</sup> prius nec formidabilis ulli,  
Incaluit, sumpsitque novas fervoribus iras.  
Tu quoque turbatum memorant fugisse, Boote,<sup>4</sup>  
Quamvis<sup>5</sup> tardus eras et te tua plaustra tenebant. 25

Ut vero summo despexit ab aethere terras  
Infelix Phaethon penitus penitusque<sup>6</sup> iacentes,  
Palluit et subito genua intremuere timore,  
Suntque oculis tenebrae per tantum lumen abortae,<sup>7</sup>  
Et iam mallet equos nunquam tetigisse paternos. 30  
Quid faciat? Multum caeli post terga relictum,  
Ante oculos plus est! Animo metitur utrumque,  
Et modo, quos illi fatum<sup>8</sup> contingere non est,  
Prospicit occasus, interdum<sup>9</sup> respicit ortus,  
Quidque agat ignarus stupet, et nec frena remittit, 35  
Nec retinere valet, nec nomina novit equorum.<sup>10</sup>

---

1. *Triones*, sau *Septemtriones*, cele șapte stele sau Carul mare, care după credința celor vechi nu apunea niciodată. Vezi *Mitol. Grec-rom.* I, p. 197 Neapunând niciodată Carul mare sau Ursa mare, Oceanul sau marea îi era oprită, *vetito*.

2. *Serpens*, Balaurul, de genul femenin. Constelația se găsea la Nord.

3. *Pigra*, sgriburit de frig.

4. *Boote*, Boarul, numit și *Arctophylax*, este constelațiunea de lângă Ursa mare ce pare că urmează carul ca și un boar sau mănător de boi.

5. *Quamvis*, se întrebuițează uneori și cu *Indicativul*, când se arată fapte sigure.

6. *Penitus penitusque*, repețiune anume căutată spre a produce efect; din ce în ce mai îndepărtat.

7. *Tenebrae abortae sunt*, l-a cuprins amețeala, i-a venit un vertigiu, cum se întâmplă celor ce sunt cuprinși de odată de o mare groază; a văzut negru înaintea ochilor săi.

8. *Modo... interdum*, în loc de *modo*.

9. *Illi fatum non est*, nu-i este îngăduit.

10. *Nec nomina novit equorum*. Vizitii cunosc de obicei numele căilor sau al boilor pe cari îi mână.

Sparsa quoque in vario<sup>1</sup> passim miracula caelo  
Vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.<sup>2</sup>

Est locus in geminos ubi bracchia concavat<sup>3</sup> arcus  
Scorpius,<sup>4</sup> et cauda flexisque utrimque lacertis 40  
Porrigit in spatium signorum<sup>5</sup> membra duorum.  
Hunc puer ut nigri madidum<sup>6</sup> sudore veneni  
Vulnera curvata minitantem cuspide<sup>7</sup> vidit,<sup>8</sup>  
Mentis inops, gelida formidine lora remisit.<sup>9</sup>  
Quae postquam summo tetigere iacentia tergo,<sup>10</sup> 45  
Exspatiantur<sup>11</sup> equi, nulloque inhibente<sup>12</sup> per auras  
Ignotae regionis eunt, quaque impetus egit,  
Hac sine lege <sup>13</sup> ruunt, altoque sub aethere fixis  
Incursant stellis,<sup>14</sup> rapiuntque per avia <sup>15</sup> currum ;  
Et modo summa petunt, modo, per declive viasque 50  
Praecipites, spatio terrae propiore feruntur.

---

1. *Vario*. Sensul cuvântului *varius* este diferit : ca culoare, pestriț.

2. *Simulacra ferarum*, chipul animalelor din zodiac.

3. *Concavat*, încovoaaie.

4. *Scorpius*, constelațiunea Scorpionului.

5. *Signorum*, constelațiuni, ocupau spațiul celor două constelații. Scorpionul ocupa două locuri în zodiac, în locul cleștelor lui s'a așezat în urmă Cumpăna.

6. *Madidum*, asudat de căldură.

7. *Cuspide*, coada Scorpionului.

8. *Ut vidit*, îndată ce l-a văzut.

9. *Lora remisit*, a dat drumul frânelor, hățurilor.

10. *Summum tergum*, dosul cailor, spatele cailor.

11. *Exspatiantur*, o iau razna.

12. *Nullo inhibente*, nemai oprindu-i nimenea.

13. *Sine lege*, fără măsură.

14. *Incursant stellis*, izbesc carul de stele.

15. *Per avia*, prin locuri neumblate, fără căi (*ab-avia*).

## APRINDEREA UNIVERSULUI

II, 210—272

Corripitur flammis, ut quaeque altissima, tellus<sup>1</sup>  
Fissaque agit rimas,<sup>2</sup> et succis aret ademptis<sup>3</sup>  
Pabula<sup>4</sup> canescunt, cum frondibus uritur arbor,  
Materiamque suo praebet seges arida<sup>5</sup> damno.  
Parva queror : magnae pereunt cum moenibus<sup>6</sup> urbes, 5  
Cumque suis totas populis incendia gentes  
In cinerem vertunt. Silvae cum montibus ardent ;...

Tum vero Phaethon cunctis e partibus orbem  
Adspicit accensum,<sup>7</sup> nec tantos sustinet aestus ;  
Fervente que auras, velut e fornace profunda, 10  
Ore trahit,<sup>8</sup> currusque suos candescere<sup>9</sup> sentit.  
Et nequiesiam cineres ejectatamque favillam<sup>10</sup>  
Ferre potest, calidoque involvitur undique fumo ;  
Quoque eat, aut ubi sit, picea<sup>11</sup> caligine tectus  
Nescit, et arbitrio volucrum<sup>12</sup> raptatur equorum. 15  
Sanguine tum credunt in corpora summa<sup>13</sup> vocato  
Aethiopum populos nigrum traxisse colorem ;  
Tum facta est Libye,<sup>14</sup> raptis humoribus aestu<sup>15</sup>

---

1. *Tellus, ut quaeque altissima*, cu cât țările erau mai ridicate cu atât mai mult erau cuprinse de flăcări.

2. *Agil rimas*, se crapă.

3. *Succis aret ademptis*, se usucă perzându-și umezeala.

4. *Pabula*, în sens figurat, ierburile.

5. *Seges arida*, Secerișurile uscându-se, oferă hrană pentru foc.

6. *Moenibus*, case, clădiri.

7. *Accensum*, arzând, în flăcări.

8. *Ore trahit*, înspiră cu gura aerul aprins ca dintr'un cuptor.

9. *Currus suos candescere*, carul se înroșește, fiind de metal.

10. *Eiectatam favillam*, spuza, scânteile aruncate.

11. *Picea*, în loc de *nigra*.

12. *Volucrum*, sau *volucrum*, cu aripi la picioare, sinonim cu *alipedum*.

13. *In corpora summa*, în suprafața corpului lor.

14. *Libye*, în loc de *Libya*.

15. *Aestu*, Ablativ de cauză.

Arida. Tum Nymphae passis<sup>1</sup> fontesque lacusque  
Deflevere<sup>2</sup> comis : quaerit Boeotia Dircen<sup>3</sup> 20  
Argos Amymonen,<sup>4</sup> Ephyre<sup>5</sup> Pirenidas undas...<sup>6</sup>  
Et mare contrahitur, siccaeque est campus arenae  
Quod modo pontus erat, quosque altum texerat aequor  
Exsistunt montes,<sup>7</sup> et sparsas Cyclandas augent.<sup>8</sup>  
Ima petunt pisces, nec se super aequora curvi<sup>9</sup> 25  
Tollere consuetas audent delphines in auras.  
Corpora phocarum<sup>10</sup> summo resupina profundo<sup>11</sup>  
Exanimata natant : natant : ipsum quoque Nerea fama  
est  
Doridaque et natas tepidis latuisse sub antris. 30  
Ter Neptunus aquis cum torvo bracchia vultu<sup>13</sup>  
Exserere<sup>14</sup> ausus erat : ter non tulit aeris ignes.

1. *Passis*, dela *pando*, după unele ediții *sparsis*.

2. *Deflevere*, plânseră amar.

3. *Quaerit Boeotia Dircen*, izvorul Dirce din Bœotia dispăruse din cauza căldurii. În această Dirce fusese metamorfozată Dirce, soția lui Lycus, regele Thebei.

4. *Amymonen*, Amymone, o fiica a lui Danaus, fu prefăcută într'un izvor în apropiere de Argos.

5. *Ephyre*, numele vechiu al Corinthului.

6. *Pirenidas undas*, *Pirene* era un izvor pe Acrocorint. El a țîșnit când calul Pegasus a lovit stânca cu copita sa. *Pirene* era consacrat Muzelor. Vezi, *Mitol. grec. rom. în lect. ilustr.* II p 53.

7. *Exsistunt montes*, se înalță (văzând cu ochii) munții.

8. *Sparsas Cyclades augent*, și măresc numărul Cycladelor răspândite.

9. *Curvi. ... delphines*, delfinii cari se încovoae în săriturile lor, la suprafața apei (*in auras*).

10. *Corpora phocarum*, adică *phocae*.

11. *Summo resupina profundo*, întinse cu fața în sus, moarte, la suprafața mării.

12. *Nerea..... Doridaque*, Acuzativul, forma grecească.

13. *Cum torvo vultu*, cu fața încrunțată.

14. *Exserere*, a scoate.

## PĂMÂNTUL SE PLÂNGE LUI JUPITER

II, 272—329

Alma tamen Tellus,<sup>1</sup> ut erat circumdata ponto,<sup>2</sup>  
Inter aquas<sup>3</sup> pelagi, contractosque undique fontes,  
Qui se condiderant in opacae viscera matris,  
Sustulit oppressos, collo tenus arida, vultus,  
Opposuitque manum fronti, magnoque tremore 5  
Omnia concutiens paulum subsedit, et infra,  
Quam solet esse, fuit, sacraque ita voce locuta est :  
„Si placet hoc, meruique, quid, o ! tua fulmina cessant,  
Summe deum<sup>4</sup> ? Liceat periturae<sup>5</sup> viribus ignis  
Igne perire tuo, clademque auctore<sup>6</sup> levare ! 10  
Vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo<sup>7</sup>  
(Presserat ora vapor<sup>8</sup>) : tostos en aspice crines  
Inque oculis tantum, tantum<sup>9</sup> super ora favillae !  
Hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem<sup>10</sup>  
Officiique refers, quod adunci vulnera aratri 15  
Rastrorumque fero, totoque exerceo anno ;  
Quod pecori frondes, alimentaue mitia fruges  
Humano generi, vobis quoque tura ministro ?...  
Si freta, si terrae pereunt, si regia caeli,  
In Chaos antiquum confundimur. Eripe flammis, 20  
Si quid adhuc superest, et rerum consule summae 11'' .

---

1. *Alma tellus*, zeița pământului care ne hrănește (*alo*) pe toți. *Tellus* este personificația pământului.

2. *Circumdala ponto*, înconjurat de mare.

3. *Aquas sub înțeleș contractas*.

4. *Summe deum* = *summe deorum*.

5. *Periturae*, dacă eu am să pier de puterea focului.

6. *Auctore*, tu fiind autorul, adică nenorocirea mea aș suporta-o mai ușor, dacă te aș ști pe tine autorul ei.

7. *Fauces resolvo*, deschid gura.


8. *Vapor*, zăduful.

9. *Tantum, tantum*, Observă efectul produs de această repetire.

10. *Honorem*, răsplată. Observă îruoasa imagine a pământului cultivat. Cu câtă amărăciune și duiosie vorbește zeița Tellus !

11. *Rerum consule summae*, gândește-te la Univers.

Dixerat haec Tellus : neque enim tolerare vaporem  
Ulterius potuit, nec dicere plura ; suumque  
Rettulit os in se<sup>1</sup> propioraque Manibus antra.  
At pater omnipotens,<sup>2</sup> Superos testatus et ipsum<sup>3</sup>  
Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato  
Interitura gravi, summam petit arduus arcem,



Căderea lui Phaëthon

Unde solet latis nubes inducere terris,  
Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina iactat. 5  
Sed neque, quas posset terris inducere, nubes  
Tunc habuit, nec quos cælo demitteret imbres.  
Intonat, et dextra libratum<sup>4</sup> fulmen ab aure

1. *Suumque rettulit os in se*, și și-a ascuns fața în sân și a plecat în peșterile din apropierea Manilor din Infern

2. *Pater omnipotens*, Jupiter.

3. *Ipsum*, Phoebus-Apollo.

4. *Libratum*, înainte de a arunca fulgerul, Jupiter a făcut mișcarea de balansare.

Misit in aurigam,<sup>1</sup> pariterque animaque rotisque<sup>2</sup>  
Expulit, et sævis compescuit ignibus<sup>3</sup> ignes. 10  
Consternantur equi et, saltu in contraria facto,  
Colla iugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt.  
Illic frena iacent, illic temone revulsus  
Axis, in hac radii<sup>4</sup> fractarum parte rotarum,  
Sparsaque sunt late laceri vestigia<sup>5</sup> currus. 15  
At Phaëton, rutilos flamma populante capillos,<sup>6</sup>  
Volvitur in præceps, longoque per aera tractu<sup>7</sup>



Phaëthusa

Fertur, ut interdum de cœlo stella sereno,  
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.  
Quem procul a patria, diverso maximus orbe<sup>8</sup> 20

- 
1. *Aurigam*, Phaëthon.
  2. *Rotisque*, figură stilistică, *pars pro toto*.
  3. *Ignibus ignes*, antiteză.
  4. *Radii*, spițele.
  5. *Vestigia*, sfărâmăturile.
  6. *Rutilos capillos*. Rutilos arată efectul flăcărilor.
  7. *Longo tractu*, lăsând o lungă dără.
  8. *Diverso orbe*, în emisfera opusă, adică la nord, Aethiopia, unde se petrece faptul, fiind în emisfera sudică.

Excipit Eridanus,<sup>1</sup> fumantiaque abluīt ora.<sup>2</sup>  
Naiades Hesperia<sup>3</sup> trifida<sup>4</sup> fumantia flamma  
Corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum :  
„Hic situs est Phaethon, currus auriga paterni ;  
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.”<sup>5</sup> 25

## E C O U L

Met. III. 359 — 402

**Cuprinsul.** — Profetul Tiresias a prevestit tânărului Narcissus, fiul nimfei Liriope și al fluviului Cephis, că toate îi vor merge în plin, dacă nu va avea cunoștință de frumusețea sa. Pe acest tânăr îl iubia nimfa Echo, fiica Iunonei pe care mama sa, din cauza deformității, o ascunse în pădure, pentru ca nimeni să nu o poată vedea decât doară să-i auză vocea. Tânărul refuzând iubirea lui Echo și fugind de ea, biata fată de dor s'a uscat cu totul și în cele din urmă a fost metamorfozată într'o stâncă. A urmat apoi pedeapsa lui Narcissus. Acesta îndrăgindu-se de sine, se sfârșește, admirându-si în extas fața în oglinda unei ape. Când Naiadele, surorile sale, l-au găsit mort, l-au jelit cu amar, iar când au căutat să-l așeze pe rug, nu i-au mai corpul. Fusese metamorfozat într'o floare de narcis, (coprină).

Corpus<sup>6</sup> adhuc Echo, non vox erat ; et tamen usum  
Garrula non alium, quam nunc habet, oris habebat,  
Reddere de multis ut verba novissima posset.

1. *Eridanus*, Po.

2. *Ora*, pentru os.

3. *Naiades Hesperiae*, Nimfele occidentale, nimfele italice.

4. *Trifida*. Fulgerul eră reprezentat cu trei brațe.

5. *Magnis ausis*. Dacă n'a isbutit, n'a isbutit cel puțin într'o mare încercare.

6. *Corpus*. De oarece, prin vorbăria ei, Echo împiedicase pe Iunona să surprinză pe bărbatul ei Jupiter, când acesta umbla după nimfe, a fost pedepsită să nu poată să vorbească, ci să răspundă numai la ultimele cuvinte ce i se adresau.



Illa, ubi Narcissum per devia rura vagantem  
Adspexit, voluit blandis accedere dictis, 5  
Et molles<sup>1</sup> adhibere preces; natura repugnat,  
Nec sinit incipiat. Sed, quod sinit, illa parata est  
Exspectare sonos, ad quos sua verba remittat.  
Forte puer, comitum seductus ab agmine fido,  
Dixerat, „Ecquis adest”? et „Adest”, responderat  
[Echo. 10

Hic stupet atque aciem<sup>3</sup> partes dimittit in omnes.  
Voce, „veni” magna clamat; vocat illa vocantem.<sup>4</sup>  
Respicit, et rursus, nullo veniente: „Quid, inquit,  
Me fugis?” et totidem, quod dixit, verba recepit.  
Spreta latet silvis, pudibundaque frondibus ora 15  
Protegit, et solis ex illo vivit in antris.  
Sed tamen hæret amor, crescitque dolore repulsæ.<sup>5</sup>  
Extenuant vigiles<sup>7</sup> corpus miserabile curæ,  
Adducitque cutem macies, et in aera sucus  
Corporis omnis abit; vox tantum atque ossa  
[supersunt; 20  
Vox manet; ossa ferunt lapidis<sup>3</sup> traxisse figuram.<sup>9</sup>  
Inde latet silvis nulloque in monte videtur,  
Omnibus auditur. Sonus est qui vivit in illa.

---

1. *Molles*, ademenitoare.

2. *Sinit incipiat* = *ut incipiat*.

3. *Aciem* subînţeles *oculorum*.

4. *Vocat vocantem*, repetiţiune anume căutată.

5. *Ex illo*, subînţeles *tempore*.

6. *Crestit dolore repulsæ*, observă frumuseţea versului.

7. *Vigiles*, cari nu o lasă să doarmă.

8. *Lapidis*. Echoul se aude mai des în păduri, între stânci.

9. *Traxisse figuram*, perfect în loc de prezent spre a arăta repezi-  
ciunea lucrării.

## METAMORFOSA LUI NARCISSUS

III, 407—511

Fons erat illimis,<sup>1</sup> nitidis argenteus undis,  
 Quem neque pastores, neque pastae monte capellae<sup>2</sup>  
 Contigerant, aliudve pecus, quem nulla volucris,  
 Nec fera turbarat, nec lapsus ab arbore ramus.  
 Gramen erat circa, quod proximus humor alebat, 5  
 Silvaque sole locum passura tepescere<sup>3</sup> nullo.  
 Hic puer<sup>4</sup> et studio venandi lassus et et aestu  
 Procubuit, faciemque loci<sup>5</sup> fontemque secutus.<sup>6</sup>  
 Dumque bibit, visae correptus imagine formae,  
 Spem sine corpore amat; corpus putat esse quod um-  
 bra est 10  
 Adstupet ipse sibi,<sup>7</sup> vultuque immotus eodem  
 Haeret, ut e Pario<sup>8</sup> formatum marmore signum.<sup>9</sup>  
 Spectat humi<sup>10</sup> positus geminum, sua lumina, sidus,<sup>11</sup>  
 Et dignos Baccho,<sup>12</sup> dignos et Apolline crines,  
 Impubesque genas,<sup>13</sup> et eburnea colla,<sup>14</sup> decusque 15  
 Oris, et in niveo mixtum candore ruborem;  
 Cunctaque miratur, quibus est mirabilis ipse.  
 Credule, quid frustra simulacra<sup>15</sup> fugacia captas?

1. *Illimis*, din în și limus, mâl, fără mâl, curat.

2. *Pastae monte capellae*, *pastae in monte capellae*.

3. *Tepescere*, = *calescere*.

4. *Puer*, *Narcissus*. *Puer* în loc de *iuvenis*.

5. *Faciemque loci*, cezură femenină. Observă repetiția lui *que*.

6. *Secutus*, fiind atras.

7. *Adstupet ipse sibi*, se admiră însuși pe sine.

8. *Pario*, în loc de orice marmoră albă, bunăoară cea de Paros, insulă în marea Egee.

9. *Signum* = statuă.

10. *Humi*, locativ.

11. *Geminum sidus*, ochii săi, ca două stele.

12. *Dignos Baccho... Apolline*. Atât *Bucchus* cât și *Apollo* purtau plete lungi.

13. *Genas*, obrazii, nu genele.

14. *Colla*, pluralul poetic, în loc de singular, gât.

15. *Simulacra*, plural poetic, în loc de singular, chip.

Quod petis est nusquam ; quod amas, avertere,<sup>1</sup> perdes !  
Ista repercussae, quam cernis, imaginis umbra est ; 20  
Nil habet ista sui : tecum venitque manetque ;  
Tecum discedet, si tu discedere possis.  
Non illum Cereris,<sup>2</sup> non illum cura quietis  
Abstrahere inde potest ; sed, opaca fusus in herba,  
Spectat inexpleto mendacem lumine<sup>3</sup> forman, 25  
Perque oculos perit ipse suos ; paulumque levatus,<sup>4</sup>  
Ad circumstantes tendensua bracchia silvas :  
„Ecquis, io ! silvae, crudelius, inquit, amavit ?  
Quoque magis doleam,<sup>5</sup> nec nos mare separat ingens.  
Nec via, nec montes, nec clausis moenia portis : 30  
Exigua prohibemur aqua, mininumque quod abstat.  
Quisquis es, huc exi ! Quid me, puer unice,<sup>6</sup> fallis ?  
Spem mihi nescio quam vultu promittis amico,  
Cumque ego porrexī tibi bracchia, porrigis ultro ;  
Cum risi arrides ; lacrimas quoque saepe notavi, 35  
Me lacrimante, tuas ; nutu<sup>7</sup> quoque signa remittis ;  
Et, quantum motu formosi suspicor oris,  
Verba refers, aures<sup>8</sup> non pervenientia nostras.  
Iamque dolor vires adimit, nec tempora vitae  
Longa meae superant, primoque exstinguor in aevo. 40  
Nec mihi mors gravis est posituro<sup>9</sup> morte dolores !”  
Dixit et ad faciem rediit male sanus eandem.  
Dumque dolet, summa vestem deduxit ab ora,<sup>10</sup>  
Nudaque marmoreis percussit pectora palmis.

1. *Avertere*, imperativ, ia seama, fugi.
2. *Cereris*, metonimie, în loc de *panis*, *cibus*.
3. *Inexpleto lumine*, cu ochii nesățioși, nesăturați.
4. *Levatus*, ridicându-se, formă reflexivă.
5. *Quoque magis doleam*, dorința e cu atât mai mare cu cât obiectul dorit este mai aproape.
6. *Unice*, fără păreche.
7. *Nutu*, dativ în loc de nutui. Formă arhaică.
8. *Aures*..... nostras, subînțeleas *ad*.
9. *Posituro*, cu sens condițional, dacă voi scăpa.
10. *Summa ab ora*, din partea de sus, dela pept.

Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem, 45  
Non aliter quam poma solent, quae, candida parte,  
Parte rubent, aut ut variis solet uva racemis<sup>1</sup>  
Ducere purpureum, nondum matura, colorem.<sup>2</sup>  
Et neque iam<sup>3</sup> color est mixto candore rubori,  
Nec vigor et vires, et quae modo visa placebant. 50  
Ultima vox solitam fuit haec spectantis in undam :  
„Heu ! frustra dilecte puer !” totidemque remisit  
Verba locus ; dictoque „Vale”, „Vale”<sup>4</sup> inquit et Echo.  
Ille caput viridi fessum submisit in herba ;  
Lumina mors clausit domini mirantia<sup>5</sup> formam. 55  
Tum quoque se, postquam est inferna sede receptus,  
In Stygia spectabat aqua. Planxere sorores  
Naides,<sup>6</sup> et sectos fratri posuere capillos.<sup>7</sup>  
Iamque rogam quassasque<sup>8</sup> faces feretrumque<sup>9</sup> pa-  
rabant :  
Nusquam corpus erat : croceum pro corpore florem 60  
Inveniunt, foliis medium cingentibus albis<sup>10</sup>.

- 
1. *Racemus*, ciorchina de strugure.
  2. *Ducere colorem*, capătă coloarea.
  3. *Et neque iam*, și îndată nu mai este, dispere.
  4. *Vale, inquit*. E în *vale* este scurt și nu se elide înaintea vocalei  
*in*. Aceasta este o licență poetică de care uzează Ovidius.
  5. *Lumina mirantia*, ochii cari admirau frumusețea.
  6. *Naides*. Narcissus era fiul lui Cephisus și al Liriopiei ; surorile lui  
erau nimfele izvoarelor și ale fluviilor.
  7. *Sectos fratri posuere capillos*, Pe mormântul celui mort, după  
 obiceiul celor vechi, se depuneau șuvițe de păr.
  8. *Quassas*, pe cari le agitau în mâini.
  9. *Feretrum*, catafalcul, pe care era dus cadavrul.
  10. *Foliis medium cingentibus albis*. Floarea de narcis, coprina, este  
formată dintr'o coroană galbenă, având petale albe. Vezi *Mitol. greco-romană în lect. ilustr.* I p. 97.

## RĂPIREA PROSERPINEI

Met. V. 385 — 446

**Cuprinsul.** — Deoarece zeița Proserpina, fiica Cererei, disprețuia puterea Venerei și nu voia să se mărite, aceasta a pus pe Pluton, zeul Infernului, căruia prin fiul ei Cupidon i-a insuflat iubire, să răpească pe Proserpina, pe când aceasta se găsea culegând flori cu alte prietene ale ei. După multe colindări, în lumea întreagă, Ceres află în sfârșit, cine este hoțul și, intervenind pe lângă Jupiter, obține dela acesta ca jumătate de an Proserpina să rămâie la bărbat, iar cealaltă jumătate de an să stea la mama ei. Proserpina simbolizează sămânța de grâu care stă în pământ o jumătate de an.



Răpirea Proserpinei

Haud procul Hennæis<sup>1</sup> lacus est a mœnibus altæ,  
Nomine Pergus,<sup>2</sup> aquæ. Non illo plura Caystros<sup>3</sup>  
Carmina cynorum labentibus audit in undis.  
Silva coronat aquas cingens latus omne, suisque

1. *Hennæis*, Hennæus, a, um, dela Henna, oraș în Sicilia.

2. *Pergus*, un lac lângă Henna.

3. *Caystros*, forma grecească a lui *Cayster*, fluviu în Ionia, vestit pentru mulțimea lebedelor sale.

Fronibus, ut velo,<sup>1</sup> Phœbeos<sup>2</sup> summovet ignes.  
Frigora dant rami, varios humus humida flores :  
Perpetuum ver est. Quo dum Proserpina luco  
Ludit, et aut violas aut candida lilia carpit,  
Dumque puellari studio calathosque<sup>3</sup> sinumque  
Implet, et æquales certat superare<sup>4</sup> legendo, 10  
Pæne simul visa est dilectaque raptaque<sup>5</sup> Diti.<sup>6</sup>  
Et matrem et comites, sed matrem sæpius, ore  
Clamat et, ut summa vestem laniarat ab ora<sup>7</sup>  
Collecti flores tunicis cecidere remissis ;  
Tantaque simplicitas puerilibus affuit annis, 15  
Hæc quoque virgineum movit iactura<sup>8</sup> dolorem.  
Raptor agit currus, et nomine<sup>9</sup> quemque vocatos  
Exhortatur equos, quorum per colla iubasque  
Excutit obscura tinctas ferrugine habenas...

Interea pavidæ nequiquam filia matri 20  
Omnibus est terris, omni quæsita profundo.  
Illam non udis veniens Aurora capillis  
Cessantem vidit, non Hesperus.<sup>10</sup> Illa duabus  
Flammiferas<sup>11</sup> pinus manibus succendit ab Aetna,  
Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras ; 25  
Rursus ubi alma dies hebetarat sidera, natam  
Solis ab occasu, solis quærebat ad ortus...

---

1. *Velo*. *Velum* era pânza cu care se acoperiau teatrele de varã spre a apăra pe spectatori de arşiţa soarelui.

2. *Phoebeos*, în loc de *Phœbi*.

3. *Calathos*, coşuleţe.

4. *Certat superare*, se întrec care să culeagã mai multe.

5. *Visa .. dilecta ... rapta*. Observã iuþeala acþiunii.

6. *Diti*, *Pluto*, ca zeu al bogãþiilor.

7. *Ab ora*, dela gât.

8. *Iactura*, pierderea florilor, din care se vede naivitatea (fetei) (*simplicitas*).

9. *Nomine*. Ei se numiau *Orphnæus*, *Aethon*, *Nictæus* și *Alastor*.

10. *Hesperus*. Luceafãrul de searã.

11. *Flammiferas pinus*, torþe fãcute din rãsinã de brad.

## PHILAEEMON ȘI BAUCIS.

VIII, 601 — 716

**Cuprinsul.** — Zeii Jupiter și Mercurius, ca să pună la încercare inimile muritorilor, s'au metamorfozat în oameni și au început să călătorească în regiunea Phrygiei. Aci n'au fost primiți de nimenea în ospitalitate, în afară de doi bătrâni Philaemon și Baucis, cari, deși săraci, i-au tratat cu tot ce au avut mai bun. Spre a-i răsplăti pentru bunătatea lor, zeii le-au prefăcut casa într'un templu, pe ei i-au pus, cât timp au trăit, ca slujitori ai templului, iar când li s'a sfârșit zilele, au murit amândoi deodată, fiind prefăcuți, Philaemion în stejar, iar Baucis în teiu.

Amnis ab his tacuit.<sup>1</sup> Factum mirabile cunctos  
Moverat ; irridet credentes, utque deorum  
Spretor erat mentisque ferox,<sup>2</sup> Ixione natus<sup>3</sup> :  
„Ficta refers, nimiumque putas, Acheloe, potentes  
Esse deos, dixit, si dant adimuntque figuras”<sup>5</sup>  
Obstupuere omnes, nec talia dicta probarunt :  
Ante omnesque Lelex,<sup>4</sup> animo maturus et aevo,  
Sic ait : „Immensa est, finemque potentia caeli  
Non habet, et quidquid Superi voluere, peractum est.<sup>5</sup>  
Quoque minus dubites, tiliae contermina<sup>6</sup> quercus<sup>10</sup>  
Collibus est Phrygiis<sup>7</sup>, modico circumdata muro.  
Ipse locum vidi ; nam me Pelopeia<sup>8</sup> Pittheus  
Misit in arva suo quondam regnata parenti<sup>9</sup> .

1. *Amnis ab his tacuit.* Fluviul Achelous isprăvise de a povesti lui Theseus, cum Diana a metamorfozat pe nimfele Echinade în insule.

2. *Mentisque ferox* = animo superbo.

3. *Ixione natus*, Pirithous, din neamul centaurilor, prieten cu Theseus. Vezi. *Mitol. gr. rom.* în lect. ilustr. II.

4. *Lelex*, un rege din Megara, din care se trage poporul Lelegilor.

5. *Quidquid Superi voluere, peractum*, ceea ce au voit zeii, s'a și împlinit, frază rămasă proverbială.

6. *Contermina*, vicina.

7. *Collibus Phrygiis*, subînțelea în *collibus Phrygiis*.

8. *Pelopeia. in arva*, țara Pelopeiană este Phrygia, unde domnise Pelops, un fiu al lui Tantalus și tatăl lui Pittheus. Acest Pittheus, rege în Trezena, era bunicul lui Theseus.

9. *Parenti*, în loc de a *parente*.

Haud procul hinc stagnum, tellus habitabilis olim,  
Nunc celebres<sup>1</sup> mergis fulicisque<sup>2</sup> palustribus undae. 15  
Juppiter huc specie mortali, cumque parente  
Venit Atlantiades positis caducifer alis.  
Mille domos adiere, locum requiemque petentes,  
Mille domos clausere serae; tamen una recepit,  
Parva quidem, stipulis et canna tecta palustri: 20  
Sed pia Baucis anus, parilique aetate Philemon,  
Illa sunt annis iuncti iuvenalibus, illa  
Consenuere casa, paupertatemque fatendo  
Efficere levem nec iniqua mente ferendo.  
Nec refert dominos illic famulosne requiras; 25  
Tota domus duo sunt; idem parentque iubentque<sup>3</sup>.  
„Ergo, ubi caelicolae parvos tetigere penates,<sup>4</sup>  
Summissoque humiles intrarunt vertice postes,<sup>5</sup>  
Membra senex posito iussit<sup>6</sup> relevare sedili;<sup>7</sup>  
Quo super<sup>8</sup> iniecit textum rude<sup>9</sup> sedula Baucis. 30  
Inde foco tepidum cinerem dimovit, et ignes  
Suscitat hesternos, foliisque et cortice sicco  
Nutrit, et ad flammam anima producit anili,<sup>10</sup>  
Multifidasque faces,<sup>11</sup> ramaliaque arida tecto

1. *Mergis fulicisque*, pescărei și lișițe.

1. *Celebres*, populate.

2. *Positis alis*, depunându-și aripile de la picioare. Mercurius ca mesager al zeilor era închipuit ca având aripi la picioare. Mercurius era nepotul lui Atlas, de aci numirea de Atlantiades.

3. *Idem parentque iubentque*. De remarcată frumusețea versurilor ce preced.

4. *Penates*, zeii casei și ai familiei. Prin metonimie însemnează casă.

5. *Submissoque vertice*, aplecându-și creștetul și prin sinecdocă aplecându-și capul. Prin detaliile ce ni le dă, poetul știe să zugrăvească tablourile.

6. *Iussit*, le-a oferit să se odihnească.

7. *Posito sedili*, punându-le înainte o laviță.

8. *Quo super*, pentru *super quo*, inversiune numită anastrofă.

9. *Textum rude*, o țesătură de rând.

10. *Anima anili*, cu suflarea ei de babă.

11. *Faces*, găteaje.



Detulit, et minuit, parvoque admovit aeno;<sup>1</sup> 35  
 Quodque suus coniuX riguo collegerat horto,  
 Truncat olus foliis.<sup>2</sup> Furca levat ille bicorni  
 Sordida terga suis,<sup>3</sup> nigro pendentia<sup>4</sup> tigno;  
 Servatoque diu resecat de terгоре partem  
 Exiguam, sectamque domat<sup>5</sup> ferventibus undis. 40  
 Interea medias fallunt<sup>6</sup> sermonibus horas,  
 Sentirique moram prohibent. Erat alveus illic  
 Fagineus,<sup>7</sup> dura clavo suspensus ab ansa:  
 Is tepidis impletur aquis, artusque fovendos  
 Accipit.<sup>8</sup> In medio<sup>9</sup> torus est de mollibus ulvis<sup>10</sup> 45  
 Impositus lecto, sponda pedibusque salignis:<sup>11</sup>  
 Vestibus<sup>12</sup> hunc velant, quas non nisi tempore festo  
 Sternere consuerant; sed et haec vilisque vetusque  
 Vestis erat, lecto non indignanda<sup>13</sup> saligno.  
 Accubuere dei: mensam succincta tremensque 50  
 Pōnit anus; mensae sed erat pes tertius impar;<sup>14</sup>

- 
1. *Aeno*, metonimie, în loc de *vasi aeneo*, ceaun.
  2. *Truncat olus foliis*, curăță zarzavatul de foile stricate.
  3. *Sordida terga suis*, coastă afumată de porc. *Sus* în loc de *porcus*.
  4. *Pendentia* = terga porci pendentia trabe fumida.
  5. *Sectam domat*, ciosvărta tăiată o înmoaie, adecă o fierbe mult până să se înmoaie, ea fiind veche și ținută multă vreme atârnată de grindă.
  6. *Interea fallunt*. Observă frumsețea acestui *fallunt* și tabloul ce ni-l zugrăvește poetul, stând de vorbă până să se gătească mâncarea.
  7. *Alveus fagineus*, o copae de fag.
  8. *Artusque fovendos accipit*. Spălatul picioarelor se recomandă și în cărțile sfinte.
  9. *In medio lecto*, în mijlocul patului, a laviței.
  10. *Torus de mollibus ulvis*, o pernă înfundată cu muschiu, făcută din...
  11. *Lectus sponda pedibusque salignis*, lavița era cu laturile și picioarele de salcie; *sponda et pedibus salignis* este un abl. de calitate.
  12. *Vestibus*, cuvertură, așternut; *consuerant*, sincopă pentru *consueverant*.
  13. *Non indignanda*, nu nepotrivită.
  14. *Impar*, neegal, mai scurt.

Testa parem fecit.<sup>1</sup> Quae postquam subdita clivum  
Sustulit,<sup>2</sup> aequatam menthae<sup>3</sup> tersere virentes.  
Ponitur hic bicolor sinceræ baca Minervæ,<sup>4</sup>  
Conditaque in liquida corna<sup>5</sup> autumnalia<sup>6</sup> faece, 55  
Intibaque,<sup>7</sup> et radix, et lactis massa coacti,<sup>8</sup>  
Ovaque<sup>9</sup> non acri leviter versata favilla ;  
Omnia fictilibus.<sup>10</sup> Post haec caelatus eodem  
Sistitur argento<sup>11</sup> crater ; fabricataque fago<sup>12</sup>  
Pocula, qua cava sunt, flaventibus illita ceris. 60  
Parva mora est, epulasque foci misere calentes ;<sup>13</sup>  
Nec longae rursus referuntur<sup>14</sup> vina senectae ;<sup>15</sup>

1. *Testa parem fecit*, un ciob, un hârb îl face deopotrivă. Era o *mensă tripes*, mobilă de oameni săraci.

2. *Clivum sustulit*, a ridicat înclinarea, prin vârârea ciobului subt picior, a făcut masa să stea drept, *aequata*.

3. *Menthae*, ismă verde, mirositoare. De obicei mesele se ștergeau cu un burete. Observă personificarea menthei.

4. *Bicolor sinceræ baca Minervæ*, Masline pe o parte verzi și pe alta negre adecă pe o parte coaptă, de aceea *bicolor*. *Sincera*, (etimologia este *sine cera*) probabil însemnează casta Minerva. Zeița n'a fost nicio-dată măritată și îi era închinat măslinul. Observă metonimia.

5. *Condita corna*, coarnă murată, adecă păstrată (*condo*) în saramură (*faece*).

6. *Autumnalia*, de toamnă, cari se coc toamna.

7. *Intuba*, cicoare, *Cichorium endivia*, fr endive.

8. *Lactis massa coacti*, brânza, lat. *caseus recens*.

9. *Ovaque*, ouă coapte în spuză.

10. *Omnia fictilibus*, sub înțeles *in*. Oamenii săraci au vasele de pământ.

11. *Eodem sistitur argento*, din același metal, adecă de pământ (argila). Poetul glumește.

12. *Fabricataque fago*, aliterațiune. *Flaventibus... ceris*, pluralul în loc de singular ; poetic.

13. *Epulas foci misere calentes*. Aci *focus*, căminul, este personificat. Poetul descrie obiceiurile unei mese romane bogate, însă erau toate în sărăcie : *ferculum*, apoi *solidiores cibi*, apoi *bellaria*, urmate adecă în sfârșit de fructe și băutură ; în loc de bucătari aduce la masă însuși caminul.

14. *Rursus referuntur* = se aduc din nou.

15. *Vina longae senectae*, vinuri foarte vechi.

Dantque locum mensis,<sup>1</sup> paulum seducta, secundis.  
Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis,<sup>2</sup>  
Prunaque, et in patulis redolentia mala canistris,<sup>3</sup> 65  
Et de purpureis collectae vitibus uvae;  
Candidus in medio fавus est. Super omnia vultus  
Accessere boni, nec iners pauperque voluntas.<sup>4</sup>  
Interea, quoties haustum, cratera repleri  
Sponte sua,<sup>5</sup> per seque vident succrescere vina :<sup>6</sup> 70  
Attoniti novitate pavent, manibusque supinis  
Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon,  
Et veniam dapibus nullisque paratibus orant.<sup>7</sup>  
Unicus anser erat, minimae custodia villae,<sup>8</sup>  
Quem dis hospitibus domini mactare parabant : 75  
Ille celer penna<sup>9</sup> tardos aetate fatigat,  
Eluditque diu, tandemque est visus ad ipsos  
Confugisse deos. Superi vetuere necari :  
„Dique, sumus, meritasque luet vicinia poenas  
„Impia, dixerunt : vobis immunibus huius 80

---

1. *Mensis*, pentru *mensae*; *mensae secundae* este serviciul al doilea, este cheful, *comissatio*.

2. *Rugosis carica palmis*, smochine amestecate cu niște curmale sbârcite.

3. *In patulis.. canistris*, în coșuri largi.

4. *Nec iners pauperque voluntas*. Această caracterizare a bunei voințe este mult admirată. *Nec iners* se referă la dragostea de a primi pe oaspeți, iar *pauper*, la dărnicia de a da tot ce pot să dea.

5. *Sponte sua*. Aliterațiune.

6. *Succrescere vina*, se poate face apropiere între această scenă și minunea lui Isus din Cana Galileei.

7. *Nullis paratibus*, lipsă de pregătire.

8. *Minimae custodia villae*. După scriitorii Romani, găștile erau păzitorii caselor, mai buni de cât câinii, căci prin gășitul lor trezeau pe stăpân. Se amintește scăparea Capitolului de Galli prin găștile închinatelor Iunonei. De atunci ar fi obiceiul de a se da câinii în târbacă. Faptul că aveau bătrânii o singură găscă, care le făcea un așa de mare serviciu, contribuie ca să mărească pietatea față de zei și să facă și mai sensibilă imaginea : *celer tardos fatigat, eluditque diu*.

9. *Penna*, cu aripile.

„Esse mali dabitur; modo vestra relinquitte tecta,  
„Ac nostros comitate<sup>1</sup> gradus, et in ardua<sup>2</sup> montis  
„Ite simul”. Parent et, dis praeuntibus, ambo  
Membra levant baculis, tardique senilibus annis  
Nituntur<sup>3</sup> longo vestigia ponere clivo. 85  
„Tantum aberant summo quantum semel ire sagitta  
Missa potest: flexere oculos, et mersa palude  
Cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere.  
Dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum,  
Illa vetus, dominis etiam casa<sup>4</sup> parva duobus, 90  
Vertitur in templum: furcas subiere<sup>5</sup> columnae;  
Stramina<sup>6</sup> flavescunt, aurataque tecta videntur,  
Caelataeque fores, adopertaque marmore tellus.<sup>7</sup>  
Talia dum placido Saturnius edidit ore:  
„Dicite, iuste senex, et femina coniuge iusto 95  
„Digna, quid optetis”. Cum Baucide pauca locutus,  
Iudicium<sup>8</sup> superis aperit commune Philemon:  
„Esse sacerdotes delubraque vestra tueri  
„Poscimus; et, quoniam concordēs egimus annos, 100  
„Auferat hora duos eadem, nec coniugis unquam  
„Busta meae videam, neu sim tumulandus ab illa”.  
„Vota fides sequitur<sup>9</sup>: templi tutela<sup>10</sup> fuere,

---

1. *Comitate*, poetic. Verbul în proză se întrebuințează numai ca deponent.

2. *Ardua*, adjectiv substantivizat, poetic.

3. *Membra levant baculis tardique... nituntur* sunt imagini mult admirate.

4. *Illa vetus dominis etiam casa*, observă cezurile și în special armonia ce rezultă din cezura eptemimeră.

5. *Subiere*, au luat locul.

6. *Stramina*, acoperișul de paie se prefacă într'un acoperiș de aur.

7. *Tellus*, pământul din casa lor nepardosită.

8. *Iudicium*, dorința, alegerea.

9. *Fides vota sequitur*, realitatea a urmat după dorința lor, adică dorința le-a fost îndeplinită.

10. *Templi tutela*, aliterățiune.

Donec vita data est,<sup>1</sup> annis aevoque soluti  
Ante gradus sacros<sup>2</sup> cum starent forte, locique  
Narrarent casus, frondere Philemona Baucis,  
Baucida conspexit senior frondere Philemon.  
Iamque super geminos crescente cacumine vultus  
Mutua, dum licuit, reddebant dicta : „Valeque,  
„O coniux”, dixere simul,<sup>3</sup> simul abdita textit  
Ora frutex. Ostendit adhuc Thyneius<sup>4</sup> illic  
Incola de gemino vicinos corpore truncos.  
Haec mihi non vani<sup>5</sup> (neque erat cur fallere vellent)  
Narravere senes : equidem pendentia vidi  
Serta super ramos ; ponensque recentia, dixi  
„Cura Deum<sup>6</sup> Di sint,<sup>7</sup> et qui coluere colantur”.

## FOAMEA

Met. VIII. 758 — 805

**Cuprinsul.** — Erysichthon, un rege din Thessalia, nesocotind cultul zeiței Ceres, a supărat-o până într'atâta că l-a pedepsit cu cea mai cumplită pedeapsă. I-a băgat în trup foamea, neputându-se sătura cu nimica. Ovidiu ne face cu această ocazie portretul foamei. Vezi detalii în *Mitol. gr. rom în lect. ilustr.* I pag. 137.

„Est locus extremis Scythiæ<sup>8</sup> glacialis in oris,  
„Triste solum, sterilis sine fruge, sine arbore, tellus.  
„Frigus iners illic habitant, Pallorque, Tremorque,

1. *Donec vita data est*, asonanță.

2. *Ante gradus sacros*, înaintea treptelor sfinte.

3. *O coniux dixere simul*. Observă cazurile din acest vers.

4. *Thyneius.. incola*, locuitorul din Thynia, în loc de Tyana oraș în Cappadocia, la frontiera Phrygiei.

5. *Non vani*, nu mincinoși, adevă de bună credință.

6. *Deum*, în loc de *deorum*.

7. *Cura deum di sint*, Versul aceasta ni s'a transmis alterat de diferitele manuscrise și interpretarea lui este nesigură. Poate că cea mai bună traducere este următoarea : Cei ce au fost scumpi zeilor (cura Deum), se prefac în zei la rândul lor ( Di sunt).

8. *Scythia* este o regiune a Europei din spre Asia.

„Et ieiuna Fames. Ea se in præcordia condat  
„Sacrilegi<sup>1</sup> scelerata, iube;<sup>2</sup> nec copia rerum 5  
„Vincat eam, superetque meas certamine vires.  
„Neve viæ spatium te terreat, accipe currus;  
„Accipe, quos frenis alte<sup>3</sup> moderere, dracones’’<sup>4</sup>  
Et dedit. Illa, dato subvecta per aera curru,  
Devenit in Scythiam, rigidique cacumine montis, 10  
(Caucason<sup>5</sup> appellant) serpentum colla levavit,<sup>6</sup>  
Quæsitamque Famem lapidoso vidit in agro,  
Unguibus et raras vellentem dentibus herbas.  
Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore,  
Labra incana<sup>7</sup> situ, scabræ rubigine fauces, 15  
Dura cutis, per quam spectari viscera possent;  
Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis;  
Ventris erat pro ventre locus; pendere putares  
Pectus, et a spinæ tantum modo crate<sup>8</sup> teneri.  
Auxerat<sup>9</sup> articulos macies, genuumque tumebat 20  
Orbis, et immodico prodibant tubere tali.  
Hanc procul ut vidit (neque enim est accedere iuxta  
Ausa), refert mandata deæ; paulumque morata,  
Quamquam aberat longe, quamquam modo venerat illuc  
Visa<sup>10</sup> tamen sensisse famem; retroque dracones 25  
Egit in Hæmoniam<sup>11</sup> versis sublimis habenis.

- 
1. *Sacrilegi* = Erysichthonis.
  2. *Iube, ut se condat.*
  3. *Alte*, pe sus, în aer.
  4. *Dracones.* Carul Cererei eră reprezentat fiind tras de doi balauri.
  5. *Caucason*, cel mai înalt munte din Scythia, acoperit totdeauna de zăpadă.
  6. *Colla levavit*, i-a deshămat.
  7. *Incana*, albite.
  8. *Crate spinæ*, coastele.
  9. *Auxerat*, părea mărite, neavând pe ele carne.
  10. *Visa* subînţeles.
  11. *Hæmoniam*, Thessalia, numită astfel după primul ei rege Haemon.

## SOMNUL

Met. XI. 616 – 650

**Cuprinsul.**—Ceyx, fiul lui Lucifer, se hotărăște să plece la Milet spre a consulta oracolul lui Apollo. Soției sale Halcyona, fiica lui Aeol, care îi tot întârzia plecarea, îi spuse că se va întoarce în timp de o lună. Fiindcă Ceyx nu numai nu s'a întors în timpul fixat, dar a pierit chiar într'un naufragiu, Halcyona, care nu știa nimic de aceasta, eră grozav de neliniștită și ruga mereu pe Iunona să facă să i se întoarcă acasă mai repede bărbatul. Zeița trimite pe crainica sa, Iris, să se ducă la Somn, ca acesta să trimeată pe unul din fiii săi la Halcyona și să-i descopere adevărul. A doua zi, Halcyona, ducându-se la mare, vede cadavrul soțului ei aruncat de valuri și, în desnădejdea sa, se aruncă în apă. Zeii îi prefac pe amândoi în păsări. Vezi *Legende și povestiri antice*, pag. 129.

Quo simul intravit manibusque obstantia virgo<sup>1</sup>  
 Somnia dimovit, vestis fulgore reluxit  
 Sacra domus, tarda que deus gravitate iacentes  
 Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens,  
 Summaque percutiens nutanti pectora mento, 5  
 Excussit tandem sibi se; cubitoque levatus,  
 Quid veniat (cognovit enim) scitatur; at illa:  
 „Somne, quies rerum, placidissime, Somne, deorum,  
 Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris  
 Fessa ministeriis mulces, reparasque labori;<sup>3</sup> 10  
 Somnia, quæ veras æquent imitamine formas,  
 Herculea Trachine<sup>4</sup> iube, sub imagine regis,<sup>5</sup>  
 Alcyonen adeant, simulacraque naufraga fingant:  
 Imperat hoc Juno”. Postquam mandata peregit  
 Iris, abit; neque enim ulterius tolerare vaporis 15  
 Vim poterat, labique ut somnum sensit in artus,  
 Effugit, et remeat per quos modo venerat arcus.

1. *Virgo, Iris*, curcubeul, crainica Iunonei.

2. *Excussit se sibi*, s'a sculat.

3. *Labori*, dativus commodi.

4. *Trachine*, Trachin, un oraș în Thessalia, unde a murit Hercule.

5. *Regis*, Ceyx, fusese rege în *Trachin*.

At pater<sup>1</sup> e populo natorum mille suorum  
Excitat artificem simulatoremque figuræ  
Morphea; non illo<sup>2</sup> quisquam sollertius alter<sup>3</sup> 20  
Exprimit incessus, vultumque, sonumque loquendi.  
Adicit et vestes et consuetissima cuique  
Verba. Sed hic solos homines imitatur; at alter  
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens:  
Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus 85



Iris

Nominat. Est etiam diversæ tertius artis  
Phantasos.<sup>5</sup> Ille in humum, saxumque, undamque,  
[trabemque]  
Quæque vacant anima<sup>7</sup> fallaciter omnia transit.

1. *Pater*, Somnus, tatăl visurilor.
2. *Morphea*, ac. declin. grec.
3. *Illo*, abl. de comparare.
4. *Alter*, al doilea frate al lui Morpheu.
5. *Phantasos*. Phantasia. Cei trei frați poartă nume cari au o explicare în limba grecească: Morpheus = simulator figuræ, Icelos = similis (Phobetor = Perterrefaciens), Phantasos = Imaginator.
6. *Trabem* = arbor.
7. *Vacant anima*. Al treilea se transformă în lucruri neînsuflețite.



Regibus hi ducibusque suos ostendere vultus  
Nocte solent : populos alii plebemque pererrant. 30  
Præterit hos senior,<sup>1</sup> cunctisque e fratribus unum  
Morphea, qui peragat Thaumantidos<sup>2</sup> edita, Somnus  
Eligit ; et rursus molli languore solutus  
Deposuitque caput, stratoque recondidit alto.<sup>3</sup>

## LOCUIŢA RENUMELUI

Met. XII. 39—63

**Cuprinsul.** — Cu prilejul descrierii plecării Grecilor spre Troia, Ovidiu ne arată care eră locuința Faimiei. Același subiect îl tratează și Virgiliu, mai concis și mai plastic, prezentându-ne faima ca pe un monstru care crește cu cât înaintează mai mult.

Orbe locus medio est, inter terrasque fretumque  
Cælestesque plagas, triplicis<sup>4</sup> confinia mundi ;  
Unde quod est usquam,<sup>5</sup> quamvis regionibus<sup>6</sup> absit,  
Inspicitur, penetratque cavas vox omnis ad aures.  
Fama tenet,<sup>7</sup> summaque domum sibi legit in arce, 5  
Innumerosque aditus ac mille foramina tectis  
Addidit, et nullis inclusit limina portis.  
Nocte dieque patet, tota est ex ære sonanti ;  
Tota fremit, vocesque refert, iteratque quod audit,  
Nulla quies intus, nullaque silentia parte : 10  
Nec tamen est clamor, sed parvæ murmura vocis,  
Qualia de pelagi, si quis procul audiat, undis  
Esse solent, qualemve sonum, cum Iuppiter atras

1. *Senior*, adecă Somnul.

2. *Thaumantidos, Iris*, fiica lui Thaugas.

3. *Strato recondidit alto*, s'a cufundat cu totul în straiie, în perne.

4. *Triplicis*, împărțită în trei părți : ceriul, marea și uscatul.

5. *Quod est usquam*, orice se întâmplă.

6. *Regionibus*, regiuni îndepărtate.

7. *Tenet*, sub înțeles *locum*.

Increpuit nubes,<sup>1</sup> extrema tonitrua reddunt.  
Atria turba tenet;<sup>2</sup> veniunt leve vulgus euntque; 15  
Mixtaque cum veris passim commenta vagantur  
Millia rumorum,<sup>3</sup> confusaque verba volutant.  
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures;<sup>4</sup>  
Hi narrata ferunt alio, mensuraque ficti  
Crescit, et auditis aliquid novus adicit auctor.<sup>5</sup> 20  
Illic Credulitas, illic temerarius Error,  
Vanaque Lætitia est, consternatique Timores,  
Seditioque repens, dubioque auctore Susurri.  
Ipsa<sup>6</sup> quid in cælo rerum pelagoque geratur,  
Et tellure, videt, totumque inquiri in orbem. 25

## PYTHAGORA SE STABILEȘTE ÎN ITALIA

Met. XV. 40 — 133

**Cuprinsul.** — Pythagora din Samos, fugind de acasă din pricina tiranilor, a venit în Italia. Aci a învățat pe locuitori că nu trebuie să mănânce carne, căci în corpurile animalelor se găsesc suflete înrudite cu cele ale oamenilor. Apoi arată cum de-au ajuns oamenii să mănânce carne de animale și cum au ajuns să le stârpească.

Vir fuit hic ortu Sâmius;<sup>7</sup> sed fugerat una  
Et Samon et dominos, odioque tyrannidis exul

1. *Increpuit nubes*, a izbit norii unul de alții.
2. *Atria turba tenet*, observă asonanța și aliterațiunea.
3. *Commenta rumorum*, în loc de șvonuri născocite.
4. *Vacuas aures*, urechile celor cari nu au nici o treabă de făcut.
5. *Novus auctor*, cel din urmă povestitor.
6. *Ipsa*, Faîma.
7. *Sâmius*. Pythagoras, născut în Samos, după ce făcu mai multe călătorii, întorcându-se acasă, și-a găsit patria stăpânită de tiranul Polycrates. Nevoind să supoarte tirania acestuia a venit în Italia și s'a stabilit la Crotona.

Sponte<sup>1</sup> erat. Isque, licet cæli regione remotos,  
Mente deos adiit,<sup>2</sup> et quæ natura negabat  
Visibus humanis, oculis ea pectoris<sup>3</sup> hausit. 5  
Cumque animo et vigili perspexerat omnia cura,  
In medium<sup>4</sup> discenda dabat, cætusque silentum,<sup>5</sup>  
Dictaque mirantum, magni primordia<sup>6</sup> mundi,  
Et rerum causas, et quid natura,<sup>7</sup> docebat;  
Quid deus, unde nives, quæ fulminis esset origo; 10  
Juppiter, an venti, discussa nube, tonarent;  
Quid quateret<sup>8</sup> terras, qua sidera lege mearent,<sup>9</sup>  
Et quodcunque latet; primusque animalia mensis<sup>10</sup>  
Arguit imponi. Primus quoque talibus ora  
Docta quidem solvit, sed non et credita, verbis: 15  
„Parcite, mortales, dapibus, temerare nefandis  
Corpora: sunt fruges, sunt deducunt ramos  
Pondere poma suo, tumidæque in vitibus uvæ;  
Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma  
Mollirique queant; nec nobis lacteus humor<sup>11</sup> 20  
Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.  
Prodiga divitias alimenta que mitia tellus  
Suggestit, atque epulas sine caede et sanguine præbet.  
Carne feræ sedant ieiunia, nec tamen omnes:

1. *Sponte*. Pythagoras s'a exilat singur, de bună-voie.

2. *Mente Deos adiit*, s'a înălțat cu mintea până la zei.

3. *Pectoris*, mintea, inteligența.

4. *In medium*, pentru toți oamenii.

5. *Silentium*. Școlarii lui Pythagoras nu trebuiau să vorbească, la începutul studiilor lor filosofice, timp de cinci ani. *Silentium* în loc de *silentium*.

6. *Primordia*, originea lucrărilor. O parte din filosofia celor antici era fizica care pe acea vreme nu se constituise ca o știință separată.

7. *Quid natura*, subînțeles *esset*.

8. *Quateret*. E vorba de cutremurele de pământ.

9. *Mearent*, care este cursul astrelor.

10. *Primus animalia mensis arguit imponi*. El cel dintâi a oprit consumarea cărnii de animale.

11. *Lacteus humor*, în loc de *lac*.

Quippe equus et pecudes, armentaque gramine  
[vivunt; 25  
At quibus ingenium est immansuetumque ferumque,  
Armenia<sup>1</sup> tigres, iracundique leones,  
Cumque lupis ursi, dapibus cum sanguine<sup>2</sup> gaudent.  
Heu! quantum scelus est in viscera viscera condi,  
Congestoque avidum pinguescere corpore corpus, 30  
Alteriusque animantem animantis<sup>3</sup> vivere leto!  
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum  
Terra parit, nil te nisi tristia mandere sævo  
Vulnera dente iuvat, ritusque referre Cyclopum?<sup>4</sup>  
Nec, nisi perdideris alium,<sup>5</sup> placare voracis 35  
Et male morati<sup>6</sup> poteris ieiunia ventris!  
At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen<sup>7</sup>  
Fetibus arboreis, et, quas humus educat, herbis  
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.  
Tunc et aves tutæ movere per aera pennas, 40  
Et lepus impavidus mediis erravit in arvis,  
Nec sua credulitas<sup>8</sup> piscem suspenderat hamo.  
Cuncta sine insidiis, nullamque timentia fraudem,<sup>9</sup>  
Plena pacis erant. Postquam non utilis auctor<sup>10</sup>  
Victibus invidit, quisquis fuit ille, Deorum<sup>11</sup> 45  
Corporeasque dapes avidam demersit in alvum,

- 
1. *Armenia*, vestită pentru fiarele sale.
  2. *Dapibus cum sanguine* = *dapibus sanguineis*,
  3. *Animantem animantis*. Observă reduplicările, mai sus *corpore corpus*.
  4. *Cyclopum*. Cyclopii mâncau și carne de om.
  5. *Alium*, alt animal, altă ființă.
  6. *Male morati ventris*, pânțece rău nărăvit, nesățios.
  7. *Aurea nomen*, vârsta de aur, din epoca lui Saturn.
  8. *Credulitas*, peștii cred prea ușor în capcana ce li se întinde.
  9. *Fraudem*, cursă.
  10. *Non utilis auctor*, printr'un exemplu urf..
  11. *Victibus invidit deorum*, a desprețuit hrana zeilor, adică vegetalele.

Fecit iter sceleri; primaque<sup>1</sup> e cæde ferarum  
Incaluisse putes maculatum sanguine ferrum;  
Idque satis fuerat, nostrumque petentia letum  
Corpora<sup>2</sup> missa neci salva pietate<sup>3</sup> fatemur; 50  
Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt.  
Longius inde nefas abiit,<sup>4</sup> et prima putatur  
Hostia sus meruisse mori, quia semina pando  
Eruerat rostro, spemque interceperat anni;<sup>5</sup>  
Vite caper<sup>6</sup> morsa<sup>7</sup> Bacchi mactatus ad aras 55  
Dicitur ultoris: nocuit sua culpa duobus.  
Quid meruistis, oves, placidum pecus, inque tuendos,<sup>8</sup>  
Natum homines, plenò quæ fertis in ubere nectar,  
Mollia quæ nobis vestras velamina lanas  
Præbetis, vitæque magis quam morte iuvatis? 60  
Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque  
Innocuum, simplex, natum tolerare labores?  
Immemor est demum<sup>9</sup> nec frugum munere dignus  
Qui potuit, curvi dempto modo pondere aratri, 65  
Ruricolam<sup>10</sup> mactare suum; qui trita labore  
Illa,<sup>11</sup> quibus toties durum renovaverat arvum,  
Tot dederat messes, percussit cola securi!  
Nec satis est quod tale nefas committitur: ipsos  
Inscripsere<sup>12</sup> deos sceleri, numenque supernum 70

1. *Prima*, în loc de *primum*.

2. *Corpora missa neci* La început am ucis animalele, fiindcă ne atacau; aceasta însă nu trebuia să fie un motiv ca să le mâncăm.

3. *Salva pietate*, fără crimă.

4. *Abiit*, ultima silabă este lungă, fiind în arsis.

5. *Spem anni*, recolta anului.

6. *Caper*. Capra ca și porcul au fost sacrificați, fiindcă prăpădiau semănăturile.

7. *Vite morsa*, fiindcă mânca vița.

8. *Tuendos natum homines*, născute pentru binele omenirii.

9. *Demum*, ei bine!

10. *Ruricolam*, boveru.

11. *Illa colla*, observă accentul ce se dă vorbeii illa.

12. *Inscripsere deos sceleri*, puseră în cărca zeilor această fără de lege.

Cæde laboriferi credunt gaudere iuveni.  
Victima labe carens et præstantissima forma  
(Nam placuisse nocet), vittis<sup>1</sup> insignis et auro,  
Sistitur ante aras, auditque ignara precantem.  
Imponique suae videt inter cornua fronti,  
Quas coluit, fruges, percussaque sanguine cultros  
Inficit in liquida prævisos<sup>2</sup> forsitan unda.  
Protinus ereptas viventi pectore fibras  
Inspiciunt, mentesque deum<sup>3</sup> scrutantur in illis.  
Unde fames homini vetitorum tanta ciborum est? <sup>80</sup>  
Audetis vesci,<sup>4</sup> genus o mortale? Quod, oro,  
Ne facite, et monitis animos advertite nostris:  
Cumque boum dabitis cæsorum membra palato,  
Mandere vos vestros<sup>5</sup> scite et sentite colonos.  
„Et quoniam deus ora<sup>6</sup> movet, sequar ora

75

[moventem <sup>85</sup>

Rite deum, Delphosque meos<sup>7</sup> ipsumque recludam  
Aethera,<sup>8</sup> et augustæ reserabo oracula mentis.<sup>9</sup>  
Magna, nec ingeniis evestigata<sup>10</sup> priorum,  
Quæque diu latuere, canam: iuvat ire per alta  
Astra; iuvat, terris et inertī sede relicta<sup>11</sup>,  
Nube vehi, validique humeris insistere Atlantis,<sup>12</sup>

- 
1. *Vittis et auro*, hendiadă, în loc de *vittis aureis*.
  2. *Praevisos*, pe cari poate le-a văzut mai dinainte.
  3. *Mentes deum mentes deorum*, voința zeilor.
  4. *Audetis vesci*, subînțeles *istis vetitis cibis*.
  5. *Vos vestros*, figura repetitio.
  6. *Ora movet deus*, Apollo mă face să vorbesc.
  7. *Delphos meos*, oracolul meu din Delphi, inspirațiunea mea.
  8. *Aethera*, ac. = *coelum*.
  9. *Augustae ... mentis*, înțelepciunii divine.
  10. *Evestigata*, cuvânt întrebuițat mai întâi de Ovidiu.
  11. *Terris et inertī sede relicta*, hendiadă, în loc de *terrarum inertī sede relicta*.
  12. *Insistere Atlantis*. Atlas, cel mai înalt munte, susținea pe umerii săi cerul.

Palantesque<sup>1</sup> homines passim ac rationis egentes  
Despectare procul, trepidosque obitumque timentes  
Sic exhortari,<sup>2</sup> seriemque evolvere<sup>3</sup> fati.

## METEMPSIHOZA

XV. 153 — 199

**Cuprinsul.** — Cu un entusiasm inspirat, Pythagoras ne descrie, prin gura poetul Ovidiu, cum toate în lume sunt schimbătoare, și cum nimic nu rămâne în starea sa de mai înainte. Totul se schimbă și nimic nu pierе, un adevăr pe care îl recunoaștem și noi astăzi. Totul se preface; chiar și sufletul. Pythagoras însuși a mai trăit odată sufletește în lume.

„O genus attonitum<sup>4</sup> gelidæ formidine mortis!  
Quid Styga,<sup>5</sup> quid tenebras et nomina vana timetis,  
Materiem vatam,<sup>6</sup> falsique pericula mundi?  
Corpora sive rogos flamma, seu tabe<sup>7</sup> vetustas  
Abstulerit, mala posse pati non ulla<sup>8</sup> putetis. 5  
Morte carent animæ, semperque, priore relicta  
Sede, novis domibus vivunt habitantque receptæ.  
Ipse ego<sup>9</sup> (nam memini) Troiani tempore belli  
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam  
Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.<sup>10</sup> 10  
Cognovi clipeum, lævæ gestamina nostræ,

1. *Palantes*, rătăcind orbește.
2. *Exhortari* = admonere.
3. *Evolvere seriem fati* = *aperire ordinem fati*. In ultimele versuri se vede influența lui Lucretius.
4. *Attonitum*, adjectivul își păstrează aci înțelesul său etimologic
5. *Styga*, ac, în loc de *Inferos*.
6. *Materiem vatam*, subiecte de tratat de poeți.
7. *Tabe*, corpurile nefropate se discompun.
8. *Non ulla* = *nulla*.
9. *Ipse ego*, Pythagoras care vorbește.
10. *Minoris Atridæ*, = Menelau.

Nuper Abanteis<sup>1</sup> templo Iunonis in Argis.  
Omnia mutantur,<sup>2</sup> nihil interit. Errat et illinc  
Huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus  
Spiritus,<sup>3</sup> eque feris humana in corpora transit, 15  
Inque feras noster, nec tempore deperit ullo.  
Utque novis facilis<sup>4</sup> signatur cera figuris,  
Nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem,  
Sed tamen ipsa eadem est : animam sic semper eandem  
Esse, sed in varias doceo migrare figuras. 20  
Ergo, ne pietas sit victa cupidine ventris



Diana Lucifer

Parcite (vaticinor) cognatas<sup>5</sup> cæde nefanda  
Exturbare animas, nec sanguine sanguis alatur.  
„Et quoniam magno feror æquore plenaque ventis  
Vela dedi, nihil est toto quod perstet<sup>6</sup> in orbe ; 25  
Cuncta fluunt,<sup>7</sup> omnisque vagans<sup>8</sup> formatur imago.

- 
1. *Abanteis*, dela *Abas*, *ntis*, un rege în Argos (*Argi-orum*).
  2. *Omnia mutantur, nihil interit*, frază rămas celebră.
  3. *Spiritus*, sens etimologic.
  4. *Facilis*, moale.
  5. *Cognatas*, înrudite, dela *cum nascor*.
  6. *Quod perstet*, care să rămână până la sfârșit *per-sto*.
  7. *Cuncta fluunt*, πάντα ῥεῖ, precept al filosofului grec Heraclit.
  8. *Vagans*, schimbătoare, obiectele nu-și păstrează decât forma lor efemeră.





Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,  
Non secus ac flumen; neque enim consistere flumen,  
Nec levis hora potest: sed ut unda impellitur unda,  
Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem,  
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur,  
Et nova sunt semper: nam quod fuit ante, relictum est,  
Fitque quod haud fuerat, momentaque<sup>1</sup> cuncta novantur.  
Cernis et emensas<sup>2</sup> in lucem tendere noctes  
Et iubar hoc nitidum nigræ succedere nocti. 85  
Nec color est idem cælo, cum lassa quiete  
Cuncta iacent media, cumque albo Lucifer<sup>3</sup> exit  
Clarus equo; rursusque alius,<sup>4</sup> cum prævia lucis  
Tradendum Phœbo Pallantias<sup>5</sup> inficit<sup>6</sup> orbem.  
Ipsæ dei clipeus,<sup>7</sup> terra cum tollitur ima, 40  
Mane rubet, terraque rubet cum conditur ima;  
Candidus in summo est, melior<sup>8</sup> natura quod illic  
Aetheris est, terræque procul contagia fugit.  
Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ<sup>9</sup>  
Esse potest unquam: semperque hodierna sequente, 45  
Si crescit, minor est, maior, si contrahit orbem.“

- 
1. *Momenta* dela *moveo*. Orice moment ce vine e un moment nou.
  2. *Emensas...noctes*, nopțile cari au trecut, pe sfârșite.
  3. *Lucifer, stella Veneris*, sau *Phosphoros*, când precede răsăritul Soarelui, *Vesperus* când se ivește după apunerea lui.
  4. *Alius*, subînțeleș *est*.
  5. *Pallantias*, *Aurora* este fiica gigantului *Pallas*.
  6. *Inficit*, colorează dimineața globul solar.
  7. *Dei clipeus*, discul solar, care samănă cu un coif.
  8. *Mellor*, mai curat.
  9. *Dianæ*, luna. In cresterea ei, luna este mai mică astăzi decât ziua următoare, mai mare, în descreștere.

# JUPPITER MÂNGÂIE PE VENUS PREZICÂNDU-I GLORIA LUI AUGUSTUS. APOTEOSA LUI CAESAR

XV. 803—871

**Cuprinsul.** — Intr'o convorbire ce are Jupiter cu Venus, îi spune acesteia că zilele ce i-au fost ursite de destin lui Caesar, protejatul ei, de a trăi pe pământ, s'au sfârșit și că sufletul lui va fi primit ca divinitate în cer. Fiul acestuia, Augustus, îi va răzbuna moartea și prin faptele, externe și interne, ce va săvârși în lume, va fi chiar mai mare decât tatăl său Julius Cesar. În urmă, poetul urează lui Augustus ca să trăiască în lume cât mai mult și cât mai târziu să se înalțe ca divinitate în cer, de unde să protegă, deși din depărtare, pe cei cari i se roagă.

Tum vero Cytherea<sup>1</sup> manu percussit utraque  
Pectus et Aeneaden<sup>2</sup> molitur condere nube,  
Qua prius infesto Paris est ereptus Atridae,<sup>3</sup>  
Et Diomedeos Aeneas fugerat enses.<sup>4</sup>  
Talibus hanc genitor<sup>5</sup> : Sola insuperabile fatum,  
Nata, movere<sup>6</sup> paras ? Intres licet ipsa Sororum  
Tecta trium ;<sup>7</sup> cernes illic molimine vasto<sup>8</sup>  
Ex aere et solido rerum tabularia<sup>9</sup> ferro  
Quae neque concursum<sup>10</sup> caeli neque fulminis iram,

1. *Cytherea*, Venus.

2. *Aeneaden*, Caesar, urmaș al lui Iulus, fiul lui Aeneas.

3. *Infesto Paris est ereptus Atridae*, Homer ne spune că Paris a fost scăpat din mâinile crudului Atrides, (Agamemnon și Menelaus), aci Menelaus.

4. *Diomedeos... enses*, pluralul în loc de singular. Homer, *Iliada* V, 311.

5. *Talibus hanc genitor*, subînțeles *alloquitur* ; *genitor* = Jupiter

6. *Movere*, în loc de mutare, să schimbi.

7. *Sorum... trium*, cele trei surori sunt Parcele.

8. *Molimine vasto*, de o îngrămădire enormă, ablativ de calitate pe lângă *tabularia*, o lucrare de o construcție foarte mare.

9. *Tabularia*, arhivele ; *rerum*, ale destinului. Poetul înțelege tablele de aramă, în cari Parcele scriu în litere ce nu se pot șterge nenumăratele decrete ale destinului.

10. *Concursum*, tunetele și trăsnetele.

Nec metuunt ullas, tuta atque aeterna,<sup>1</sup> ruinas. 10  
Invenies illic incisa adamante perenni  
Fata tui generis. Legi ipse, animoque notavi,  
Et referam, ne sis etiamnum ignara futuri.  
Hic<sup>2</sup> sua complevit, pro quo, Cytherea, laboras  
Tempora,<sup>3</sup> perfectis, quos terrae debuit, annis. 15  
Ut dens accedat caelo, templisque colatur,<sup>4</sup>  
Tu facies,<sup>5</sup> natusque suus,<sup>6</sup> qui nominis heres  
Impositum feret unus onus, caesique parentis<sup>7</sup>  
Nos in bella suos<sup>8</sup> fortissimus ultor habebit.  
Illius auspiciis obsessae moenia pacem 20  
Victa petent Mutinae;<sup>9</sup> Pharsalia<sup>10</sup> sentiet illum,  
Emathiaque<sup>11</sup> iterum<sup>12</sup> madefient caede Philippi,<sup>13</sup>  
Et magnum Siculis nomen<sup>14</sup> superabitur undis,  
Romanique ducis<sup>15</sup> conjux Aegyptia<sup>16</sup> taedae<sup>17</sup>

1. *Tuta atque aeterna* se raportă la *tabularia*, pe lângă cari sunt apoziție.
2. *Hic* acesta, Julius Caesar.
3. *Sua..... tempora*, anii atribuiți de soarte.
4. *Templis colatur*, Caesar după moartea sa printr'un senatus consultum a fost divinizat, iar steaua lui se arata pe cer de popor.
5. *Tu facies*, vei îngriji, vei avea grije.
6. *Natus suus*, Augustus, ea adoptat de Caesar, și moștenitor al acesteia, s'a numit C. Julius Caesar Octavianus.
7. *Parentis*, părinte prin adopțiune.
8. *Suos*, de partea sa.
9. *Mutinae*, Modena, unde trupele lui Antonius au fost biruite la a. 43 de trupele lui Octavian. Modena era un oraș în Gallia Cisalpină în care se găsea Decimus Brutus asediat.
10. *Pharsalia* (terra), de lângă Pharsalus, oraș în Thessalia, unde Caesar învinsese pe Pompeiu.
11. *Emathia* (terra), o regiune lângă Pella, sub care nume se șocotește și Macedonia și Thessalia.
12. *Iterum*, pentru a doua oară.
